

inovit, vult nos spectare non initia, sed fines laborum. Ut enim illi rem primo vituperant, quo vilis emanat; deinde ubi emendat, notant se et gloriantur de sua sive industria, sive peritia in rebus comparandis: sic sapientia, in cuius acquisitione vigilare et laborare suum filium monet Sapiens, minime juvenibus aridat; sed malum est, malum esse, inquit, mane somnum excutere, et litterarum studiis sive rebus divinis indulgere; sed olim, ex ephebis et puerilibus annis zgressi, ubi maximis sudoribus veluti negotiator venditis omnibus unicam sibi margaritam comparaverint, sibi gratulabuntur ipsi.

Sicut ergo mercatores labores damnant, cum eos subeunt et sentiunt; at ubi aliis esurientibus ipsi saturantur panibus et deliciantur, tum eodem laudant, tum gloriantur se laborasse, et laboribus tot opes et commoda comparasse: sic quoque virtutibus et sapientia insistant, initio ardua multa et difficilia experiuntur; at postea sibi gratulantur, quod virtutem et sapientiam suis laboribus pepererint, et cum ex hoc saeculo laboribus et doloribus refero recesserint, tunc gloriabuntur; quia tunc clare videbunt, quod non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae revelebitur in nobis, *Roman.* viii. Hic sensus valde appositus est; haec enim paræmia velut parabolæ sub cortice litteræ arænum quid et latens sapientie et virtutis deus significant. Unde et Chaldaeus hanc gnomen necit sequenti, in qua studium sapientie oibus et auro antefertur.

Tertio, Jansenius censet hæc paræmia insinuari hominis ingenium, quod fere aliena vituperamus, nostra laudamus, in eis nobis placentes et gloriantes, adeo ut easdem omnino res et actiones cum quis apud alios videt, audacter damnet; cum vero in seipsum translatus conspiciat, laudet atque extollat. Vulgari enim paræmia quis merces suas vendere dicitur, cum res suas dilaudat. Unde noster Salazar ita exacte singula adaptat et explicat, *g. d.* Fere ita accidit, ut aliis res suas venditantibus et ostentantibus, auditores velut astuti quidam emptores non solum non probent, sed etiam verbis suis extenuent. Hi vero qui ea ratione alienas res extenuant, si forte earum aliquam adepti sint, non solum apud se gloriantur et gestant, sed etiam illam simili modo venditare, et aliis commendare maxime admittunt. Itaque his verbis Salomon improbam quorundam hominum propensionem ad suas res laudandas, alienas aspernandas et extenuandas, mercatorum exemplo damnat.

Quarto, plane et genuine notat hic Salomon gemmam et indolem novitum in emendo et vendendo; in emendo enim rem plus æquo vituperant, in vendendo plus æquo laudant. Malum est, dicit emptor, ait Lyranus, quia replicat rei defectum, ut immineat ejus pretium. Qui enim emunt, rem emendam malam et vitiosam causantur, inco-

omnes ejus defectus et vitia enarrant, et nimis amplificat, ut venditor villiori pretio eam vendat. Qui vero vendunt, rei vendendæ præstantiam extollunt, ut ejus pretium adaugeant. Qua in re subinde contra charitatem peccant, subinde etiam contra justitiam, ut cum quodam ingenio artis rei vitium tegunt; cum mentiuntur, rem vitio carere, vel habere dolos quas non habet; cum rem vitiosam toto pretio vendunt, quanto integram; cum simplices decipiunt et fraudant; cum venditor ignorat rei præstantiam et pretium ut cum gemmam vendit pro vitro; aut emptor vitrum emit pro gemma. Denique cum emptor rogat an res vitio careat, tenetur ex justitia venditor rei vitia, maxime occulta, aperire, uti docet noster Lessius, lib. II *De Justitia*, cap. xxi de emptione, dubit. 11. Ratio a priori est hominum cupiditas et avaritia: «Omnes enim que sua sunt quaerunt,» ut ait Apostolus; ad lucrum ergo suum rem pretiosam extenuant, dum emunt; et vilem extollunt, dum vendunt. Huic cupiditati medetur charitas, quæ jubet et dicit: «Dilige proximum tuum sicut teipsum. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Pro ut vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter,» *Lucæ* cap. vi, 31.

Hic est sensus litteralis et quasi grammaticus hujus paræmie, sub quo profundius symbolice significantur illa quæ paulo ante, præsertim secundo loco annotavi. Sic enim parabolæ sum in cortice habent sensum grammaticum, sub quo aliud parabolice, seu ad litteram significatur, quod paulo ante indicavi.

Huc facit æ facitissima ejusdam mimi urbanitas, qui, ut refert S. Augustinus, lib. XIII *De Trinitate*, cap. iii, cum se promississet in theatro quid in animo haberent, et quod vellent omnes, aliis ludis esse dicturum, atque cum ad diem constitutum ingenti expectatione major multitudine conflueret, suspensis et silentibus omnibus dixisse perhibetur: Vili vultis emere, et caro vendere. In quo dicto levissimi scienet, omnes tamen conscientias invenerunt suas, eaque vera ante oculos omnium constituta, et improvide eenti admirabili favore plauserunt.» Subdit S. Augustinus hoc omnium esse non omnino, sed plerumque: «Nam scio ipse hominem, ait, cur, venalis ei codex fuisset oblatas, pretique ejus ignarum, et ideo quiddam exiguum possetem corneret venditorem, justum pretium, quod multo amplius erat, nec opinanti dedisse. Quid si etiam quispiam acquita tanta possessus, ut villi vendat quæ dimiserunt parvitas, et care emat que consumat per libidines, magno pretio supra emendo, parvo autem rura vendendo? Largitionis etiam gratia novimus quosdam emisse frumenta carius, et villus vendidisse suis civibus.» Subdit deinde simile de cupiditate laudis: «Illud etiam quod vetus poeta dixit Ennius: Omnes mortales sese laudari exoptant; profecto et

de seipso, et de his quoque expertus fuerat, coniecit in alios, et videtur præsumptasse hominum omnium voluntates. Denique si et mimus ille dixisset: Laudari omnes vultis, nemo vestrum vult vituperari; similiter quod esset omnium voluntatis, dixisse videretur. Sunt tamen qui vitia sua odierint, et in quibus sibi displicent ipsi, nec ab aliis se laudari vellent, gratiasque agunt oburgantium benevolentiam, cum ideo vituperantur ut corrigantur. At si dixisset: Omnes beati esse vultis, miseri esse non vultis; dixisset aliquid quod nullus in sua non agnosceret voluntate. Quidquid enim aliud quisquam latenter velit, ab hac voluntate, quæ omnibus hominibus satis nota est, non recedit.»

15. EST AURUM ET MULTITUDO GEMMARUM; VAS AUTEM PRETIOSUM LABIA SCIENTIÆ, — *g. d.* Aurum est pretiosum, et multitudo gemmarum est pretiosa; at longe pretiosiora sunt labia plena scientiæ. Tò enim pretiosum in priori membro intelligitur, et ex posteriori membro per zeugma repetendum est, *g. d.* Homines aurum et gemmas magno habent in pretio; at ego verum et summum rerum pretium colloco in corde et ore erudito. Hoc enim fundit auri massas et tot gemmas, quot sententias. Cum enim de castitate disserit, fundit aureas gnomas, et quasi smaraglos virginitalis. Cum de temperantia ratiocinatur, fundit amethystos sobrietatis. Cum de patientia, fundit jaspides pietatis. Cum de constantia, fundit adamantes martyrii, etc. Per scientiam enim hic et toto hoc libro non speculativa, sed practica intelligitur, quæ in prudentia et virtutum studio consistit. Per eas phrasî Hebræa accipe organum et instrumentum. Unde Auctor *Catena Græcor.* pulchre ex Septuaginta vertit, *est aurum, est pretiosorum lapidum copia, et plus utroque honoratum organum sunt labia intelligentium.* Hebræa habent, *est aurum et multitudo gemmarum, et vas pretiosum labia scientiæ;* Syrus, *et vasa pretiosa et labia scientiæ.* Chaldaeus hunc necit versui precedenti, quasi sint verba emptoris, qui cum tolerando multa mala, id est labores et ærumnas, comparavit scientiam, gloriamque, prædicat et dicit: «Est aurum et multitudo margaritarum pretiosarum, et vasa pretiosa labia scientiæ,» *g. d.* Parvo malo et labore comparavi mihi scientiam, quæ pretiosior est gemmis et auro. Sic et R. Levi.

Jam primo, R. Levi sic exponit, *g. d.* Sunt qui auro et lapidibus pretiosis abundant, sed tamen res pretiosæ, ut sunt labia scientiæ, non sunt illis.

Secundo, Baynus, *g. d.* Facile sibi comparat opes, aurum et multas margaritas et vasa pretiosa, qui pollet scientia laborum, hoc est, vir sapiens et eloquens facillime potest discere: et ut jam juvenibus debeat prima cura haberi de scientia, non de mercatura, aut aliis artibus quibus opes acquiruntur. Facile est, dicebat olim

Thales Milesius, philosophus discere, si velit, id quod re ipsa ostendit: nam perspecta per circum siderum alio futura caritate, omnes totius provinciæ comparavit olivas; quare dives admodum evasit.

Tertio, melius Cajetanus ex Hebræo censet hoc pretium scientiæ comparari pretio auri et margaritarum. Copula enim et Latinis, ac magis Hebræis, sepe est nota comparationis. Unde Vatablus vertit, *et velut vas pretiosum est sermo scientiæ, id est sermo doctus et eruditus.*

Quarto, profundius Noster, Septuaginta et alii pro et vertunt, autem; Hebræum enim *et*, id est et, sepe Hebræis est adversativum significans autem. Unde Tigurina vertit, *os scilicet auro, gemmis ac pretiosis vas pretiosissimum est.* Hæc versus verbotenus liberior est, sed sensum fere adæquat. Igitur scientia hic non tantum confertur, sed antefertur auro et gemmis, *g. d.* In auro laudatur fulgor, soliditas, pretium; at magis fulget, magis solida, constans et pretiosa est scientia, id est prudentia, virtus et sapientia. Tegus et alii nonnulli fluvii, et sed pauci et eximii, sunt auriferi, videntque ramenta auri: at magis auriferi sunt labia scientiæ; vident enim aurum sapientia, virtutis et charitatis. Talia fuere labia S. Joannis Constantinopolitani Patriarchæ, qui proinde cognominatus est Chrysolosus, id est aureus os; et B. Petri Ravennatis, qui inde dictus est Chrysolosus, id est aureus sermo, ob eloqui suavitatem et elegantiam. Unde a Sixto III Pontifice Maximo jussu S. Petri Apostoli, et S. Apollinaris primi Ravennatis Episcopi, illi in somnis apparentium, ætate licet juvenis, creatus est Ravennæ Archiepiscopus. Sic S. Athanasii, Basilii, Nazianzeni, Ambrosii, Hieronymi, Augustini aurea, imo gemmea, erat sapientia et eloquentia.

Margaritarum omnis laus et æ dos in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere consistit, ait Plinius lib. IX, cap. xxxv. Ita vir sciens, id est sapiens et eloquens, præsertim Apostolicus, candoris laudem habet in castitate, magnitudinis in magnanimitate, orbis sive orbiculate et rotunde figura in animi resignatione et obedientia, levoris in modestia et morum compositione, pondus in gravitate et prudentia. Vide 13 dotes margaritarum, quas viris Religiosis et Apostolicis applicavit Apoc. xxi, 21.

Porro Hebræum *פנינים* *peninim*, non tantum margaritas sive uniones, sed et lapides pretiosos, ut vertit S. Septuaginta, sive gemmas, ut vertit Noster, significat. Igitur vir sapiens et eloquens dotes habet carbunculæ, sapphiri, berylli, adamantis cæterarumque gemmarum, quas recensit Apoc. xxi, 19 et seq. Aliqui *peninim* vertunt, *penitissimum vel intima*, tum quia uniones intima sunt suæ conchæ, tum quia ex intimo et profundissimo mari eruntur; inde enim nautæ eas piscuntur. Sic profundum est cor sapientis, et quasi pelagus exhaustum sapientiæ, ex quo



auditorum sapientiam expiscari assidue usque ad fundum convenit, ut penetret intima ejus sensa, ac ditorum et sententiarum ejus profunda arca scrutetur. Hoc est quod dixi cap. III, 13: «Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui influit prudentia.» Rationem subdit dicens: «Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et auri primi, et purissimi fructus ejus; pretiosior est cunctis opibus; et omnia quae desiderantur; huic non valet comparari.» Et cap. VIII, 19: «Melior est fructus meus auro et lapide pretioso, et gemina mea argento electo.» Vide ibi dicta; et Job. cap. XXVIII, 15: «Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus.» etc.

VAS AUTEM PRETIOSUM LABIA SCIENTIE. — Vas, id est primo, organum promens et suavi quasi harmonia modulans scientiam; secundo, vas, id est, hominis suppellex et divitiarum pars: omnis enim suppellex Hebraeis vas dicitur, ait Jansenius; tertio, proprie vas, puta dolum, amphora, crater aut cyathus continens ornansque sapientiam rem pretiosissimam. Igitur vas notat primo, quod, sicut vas, puta dolum vel crater, plenus est vino, sic cor et os sapientis plenum est scientia; secundo, sicut crater impletur vino, ut convivis propinquet; sic sapiens non sibi soli sapit, sed sapientiam suam opes et labiis aliis propinat et communicat; tertio, sicut crateres a quibus divites hauriunt et bibunt vina, solent affabre elaborari, auroque artificiose ornari, et gemmis distingui ac quasi ocellari, tum ad ornatum, tum ut suaviorem efficiant potum: sic pariter sapiens affabre dicta sua sermonesque elaborat, distinguit, disponit, concinnat, ut videatur esse crater quidam concinnus et affabre compositus. Sapientia enim et eloquentia maxime consistit in ordine et apta rerum sententiarumque dispositione, compagine ac nexu. Sic enim fit concinna et apposita quasi structura et fabrica, ut ab auditoribus perspicui possit et capi, itaque in eorum animos influat et persuadat ea quae virtutis et salutaris sunt. Sicut enim exercitus decor et robur consistit in castrorum acie rite disposita et ordinata; haec enim hostibus est impenetrabilis, ideoque invicta et victrix omnium, cum turba inordinata et confusa se invicem impediatur, et hosti poterant obijci: sic pariter orationis energia et vis consistit in apta eorum quae dicuntur serie et dispositione, ut quaelibet res et ratio suo ordine collocetur, ubi plus habitura est ponderis et efficacitatis, quo ac decoris et elegantiae: sic enim animos audientium docet, delectat, movet et penetrat, ut ei resistere nequeant. Vide Ciceronem in Oratore.

Hinc Theostocles ad regem Persarum fugiens, cum coram eo proraret, dixit orationem similem esse picturatis stragulis, quae, dum explicantur, rerum pictarum ordinem et concinnitatem ostentant. Ita Plutarchus in Apophthegm. Augustus vero

Cæsar, scribens ad suum Mæcenatem, taxavit eum in stylo lasciviam, et in compositione insolentiam; unde eam imitando repræsentans, hanc subjecit clausulam: «Vale mel gentium, ebur ex Etruria, laser Aretinum, adamas Lupernas, Tiberinum margaritum, Ciliorum smaragdus, jaspis sigilorum, berylle Porsenne, carbunculum habas malagma mecharum.» Ita Suetonius in Augusto.

16. TOLLE VESTIMENTUM EJUS QUI FIDEJUSSOR EXSTITIT ALIENI; ET PRO EXTRANEIS, AUFER PIGNUS AB EO. — Fidejussor alieni est, qui fidejubeat, sive spondet pro alieno, id est extraneo: hunc enim significat hebreum נִכְרִיזָר. Rursum pro extraneis hebraice est pro extraneo, vel incognita, scilicet non re, sed femina; hanc enim significat hebreum נְכִרְיָה noehria, pro quo Regia et alii codices melius cum Vulgata et Pagnino legunt נְכִרְיָה noehria, id est extraneis. Perperam enim Rabbinii puncta supposuerunt, ac pro noehria punctant noehria; noehria enim Hebraeis non est usitata nihilque significat, quamquam ipsi id fecerint bono fine, ut scilicet innuerent veram lectionem esse noehria, uti notatur in margine.

Sensus ergo est, q. d. Si quis sibi fidejubeat pro extraneis, puta pro extraneo viro vel extranea et incognita femina, ut tibi consulas, tuamque rem assures, accipe ab eo pignus, adeoque si aliud non habeat, accipe vestem ejus in pignus, ut, si uterque vel alterum fidem fallat, aut solvendo non sit, ex pignore rem tuam recuperes. Ratio est, quod anceps et lubrica sit negotiatio cum extraneo, utpole non satis cognito, et remote habitanti: quocirca si debitum solvere nolit, aut non possit, elabitur, et ad suos redit; unde a creditore ad solvendum cogi nequit: civem et vicinum ad civitatis magistratum cives, exterarum si cives, aufugiet. Sic Gallus Hispanum, Germanus Polonum, Anglus cotum, Italus Græcum difficulter cogit ad debitum præstandum: si enim cogere velit, debitor in suam Hispaniam, Poloniam, Scotiam, Græciam redibit, itaque manus creditoris effugiet. Quis enim eum in oris tam remotis requirit? aut quis ei litem apud suos intentare audeat? Quare qui sibi consultum velit, fidejussorem pro extraneo exigat, pignusque ab eo accipiat, ut securus et citius debiti solutionem extorqueat. Extraneo enim tardante, vel tergi versante, solvere tardus, quoque, vel tergiversatur solvere ejus fidejussor, non enim vult ex suo alienum debitum deperdere. Quare ut eum cogas cito et securus solutionem suam præstare, pignus ab eo tolle, præsertim si ipse quoque fidejussor sit extraneus, ut ex Hebræo verti potest; Hebræi enim carent casibus, unde idem nomen quemlibet casum significat. Hinc Tigurina vertit, si alienus spondet, eripe vestem ejus, ut pro extraneo sit pignus ejus. Melius tamen Noster vertit in genitivo, spondeat sive fidejussor alieni, hoc est extranei. Sequi-

entim: Et pro extraneis, pignus aufer ab eo (1).

Hunc esse sensum liquet ex cap. XXVII, vers. 13, ubi in Hebræo eadem ad verbum est sententia que hic, ibique Noster vertit, tolle vestimentum ejus qui spondit pro extraneo; et pro alienis aufer et pignus. Porro si pignus hoc esset pauperis, puta vestis in qua pauper dormire solebat, ante vesperam ei reddendum erat; mane tamen rursus illi auferri poterat juxta legem veterem latam Exod. XXII, 26. Quanquam illa lex proprie spectat ad pauperem debitorem, ex mutuo præsertim, ut patet ex vers. 25, non ad fidejussorem, licet pari ad eum extendi queat: fidejussor enim est debitor ejus pro quo fidejussit. Unde Deut. XXIV, 10, extenditur ad debitorem quemlibet, qui rem aliquam alteri debet quomodolibet.

Hic versus nunc deest in Septuaginta Romanis et cæteris; Complutenses tamen (indeque Regii) qui in Septuaginta supplerunt illa quae deest, imo Septuaginta accommodarunt Hebræo et Vulgate versioni, hunc versum sic efferunt, tolle vestimentum spondentis pro alieno, et pro alieno accipe pignus ab eo (Chaldaeus, pignora illud). Unus codex vetus Septuaginta sic habet, tolle vestem ejus, qui fidejussor exstitit alieni, et pro extraneo appignavit se.

Indirecte ergo et expresse hæc gnome monet creditores ut sibi caveant in commerciis cum extraneis, ideoque spondens exigant, et ab eo vestem in pignus accipiant, ut, eum fidejussor suam vestem nequeat, cogatur ad eam recipiendam simulare extraneum ad persolvendum illico debitum. Indirecte vero et tacite monet fidejussores ut in spondens, præsertim pro extraneis, non sint temerarii et precipites, uti sunt prodigi et Madiosi, utpole a quibus creditor vestem in pignus accepturus sit, et debitum omne exacturus. Cum enim extraneos abeuntes insequi nolit, fidejussorem adhibi, ab eoque fidem datam debitumque omne reposit. Vide quae de periculo fidejussoris dixi cap. VI, 1. R. Salomon, in esp. XXVII, vers. 13, et alii nonnulli τὸ tolle et aufer accipiunt ἀναγκασίως: in modo potentiali, pro potest, tolli et auferri, vel meretur ut tollatur, aut reipsa tollitur et auferetur. q. d. Is qui facile et temere fidejubeat pro extraneo, meretur ut ab eo vestis et pignus tollatur, imo deficiente extraneo iudex fidejussorem ad pignus, omneque debitum extraneo præstandum condemnabit, ideoque vestem reliquamque suppellectilem ei auferet. Simili phrasi ait P. altes, Psal. CXLII, 5: «Tange montes,

(1) «Ostendere vult scriptor, quam periculosum sit promittere alicui, se alius loco aliquid præstiturum esse, cum, si, quod fit plerumque, debitor solvere non queat, ejus loco in potestatem creditoris incidat spondens. Quod ut vitivili coloribus exprimat, ad creditorem convocans: Age, struunt, comprehendite sponsorem loco debitoris, cape, vindica tibi de hominis sponsoris tantum, quantum incatus ille se præstiturum esse promiserat.» Hæc Maurer ad hunc locum.

et fumigabunt, id est, superbi et tumidi, in arborum montium, si a Deo tangantur, id est fulmine siderentur, similive plaga afflentur, uti merentur, mox in fumum abibunt, et in cinerem vertentur. Ita S. Hieronymus ibidem.

Juxta hunc sensum tropologicæ It. Levi exponit, q. d. «Qui fidejussor exstitit alieni, id est, qui obsequitur concupiscentiæ, quæ mentem a Deo et lege alienat, omnium rerum possessione spoliatur, et pro ea omne peccatorum, ad quæ illicet concupiscentia, debitum persolvat. Vatablus per alienum accipit infidelem et hereticum; qui enim pro eo qui fide caret, spondet, fidem suam periculo, et res suas spolio perit.

Allegorice, Christus, spondens pro debito et culpa extranei Adæ et hominum peccatorum a Deo alienorum, spoliatus fuit vestibus et stragulis, adeoque nudus plana pendit in cruce, in eaque velut in lecto mortis obdormit.

Mystice Hugo Tolle vestimentum, id est curam sæcularium, inquit, ejus qui fidejussor pro animabus et pro extraneis. Pressius noster Salazar: Tolle, inquit, a Prelatis et Pastoribus vestem, id est stragula delicatiora, ne dormiant, sed magis vigilent, et insomnes sint. Ipsi enim pro animabus proximorum fidem suam obstrinxerunt; ideoque, ut eis gratiam et salutem a Deo impetrent, decet eos austerior vita, vigiliæ et chameanie, id est humebationes.

17. SEUUS EST HOMINI PANIS MENDACII (Complutenses, mendax; Auctor Catenæ Græc., mendacis), ET POSTEA IMPLEBITUR OS EJUS CALCULO. — Complutensis et Regia, silicibus; Auctor Catenæ Græc., lapillis; alii, arena, ut arena opponatur farinæ, unde panis conficitur: sicut calculi opponuntur frustalis panis.

Quæres, quis est «panis mendacii,» sive mendax? Respondeo, ad litteram grammaticæ panis mendax est panis lapidosus, cui lapilli vel arenae sunt immixti. Hic enim præ se fert veritatem panis, sed mittitur, et fallit comedentes. Dum enim in comedunt, initio quidem holos panis videtur et gustant; at ubi eum mastican et comminunt, lapillis plenum sentiunt, quibus dentes et palatum offendunt, juxta illud Thren. III, 16: «Fregit ad numerum dentes meos, cibavi me cinere.» Vide ibi dicta.

Jam sub hoc cortice litteræ, sequi parabola, «panis mendacii,» parabole significat primo, cibos et opes mendaciorum, puta usura, fraudes et injustitia partes. Unde Tigurina vertit, datus est homini panis fraude partus; at tandem os ejus scrupulis implatur. Sicut enim panis scrupulis et lapillis mixtus aspicienti pulchre, sed mastican molestus, utpole lapidosus et scrupulosus, accidit: ita opes et delicie fraude partæ initio suaves videntur; at in fine exitio deprehenduntur, cum scilicet conscientiam, quæ animæ est os, mille scrupulis, angoribus, litibus, onere restituendi, etc., lancinant, cruciant et exarificant



resertim dnm a iudice fraudulentum damnantur, aut a Deo fraus eorum detegitur et punitur. Tunc ergo, quod inique parum est, concoqui non potest, sed os, stomachum totumque hominem cruciat.

Secundè, « panis mendacii » per synecochon significat quilibet opes, delicias, voluptates, etiam iusta parvas. His enim si quis per gulam, superbiam, avaritiam, aliudve vitium indulget vel inhiet, initio quidem suaves videntur; at tandem sentiuntur perniciosæ, perinde ac si panem lapidosum manderet. Punietur enim vel ab hominibus, vel a Deo, vel a remorsu conscientie, vel a crapula damnosæ gulæ ceteraque vitia consequentibus. Unde mystice Beda, et ex eo Glossa: « In quocunque membro, ait, quis amplius peccaverit, in eo punietur. Qui in lingua magis deliquerit, in ea plus arsurus esse perhibetur, dum os eius calculo, qui est lapis ignitus, implendum dicitur, quod accidit diviti qui epulabatur quotidie splendide, cum in inferno ardens lingue refrigerium petebat, quæ in verbis superfluis in epulando defluerat, Lucæ xvi.

Parabolice ergo significat hæc comæ delicias, voluptatis, gule et curvis vitio in speciem blando suum inesse calculum, suos lapillos et scrupulos, qui longe magis illis vacante cruciant, quam voluptas prævia oblectat. Omne enim peccatum hanc habet naturam et consuetudinem, ut primo dulcedine quadam sensus mulcet, animumque fillit et oblectet; at postea dentes comedentium lædat, sive per remorsum conscientie, sive per penam multiplicem peccato debitam. Unde Poeta:

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Quocirca Aristoteles admonerat ut « voluptates contemplerentur non venientes, sed abeuntes, » hoc est non a fronte, sed a tergo. Venientes enim fucata specie blandiantur, abeuntes autem penitentiam ac dolorem relinquunt. Ita Laetius, lib. V, cap. i. Et Socrates voluptatem pruriti et frictioni comparans: « Quam mire, ait, hoc nature comparatum est, ut hæc due res sese invicem contentent, voluptas et dolor. » Prurientes enim se fiant cum voluptate, sed mox a frictione se morderi et vellari sentiunt. Idem Socrates dicebat, « eos qui se ad continentiam ac frugalitatem exercent, et longe plus habere voluptatis, ac minus dolorum, quam qui summa cura undique pararent oblectamenta. » Quæ voluptates intemperantiam præter animi sibi male consensu cruciantur, præter infamiam ac poenitentiam, frequenter ipsi etiam corpori plus afferant molestie quam delectationis. Contra que sunt optima, eadem sunt jucundissima, si quis assueverit. Ita Laetius, lib. II, cap. v.

Tertio, Auctor *Cateor Græcorum* verit, panis mendacis; *שֶׁבֶר*; enim a *שֶׁבַר*: significat *p* nis mendaci; a *שֶׁבַר*; vero, si ultimam notes accent-

circumflexo *שֶׁבֶר*; significat panem mendacis. Jam panis mendacis sunt adulationes, artes, fraudes, quibus mendax alios oblectare et sese exaltare satagit. Hæ enim initio arius tate dicenti quam audienti accidunt: at tandem deprehensa earum falsitate et vanitate, utrumque cruciunt, sicut contingit hereticis et Judæis, uti mox ostendamus.

Nonnulli *calculus* hic accipiunt arithmeticum; calculus enim solet fieri supputatio et computus numerorum, huncque dant sensum, quasi dicunt: Qui alienas facultates administrant, easque per mendacia et fraudes in suos usus convertunt, initio earum commodis fruuntur; at ubi ab heris, vel iudicibus, vel confessariis in confessione, aut a Deo in die iudicii, earum rationem reddere cogentur, tunc ora ipsorum implebuntur calculis, id est numeris ac rationibus quibus rem alienam defraudarunt, quos tunc partiri et digerere non poterunt.

Alii *calculus* condemnatorum accipiunt. Olim enim iudices ferebant sententiam condemnationis, coniciendo in urnam calculum nigrum; absolutionis vero, coniciendo candidum, quasi dicant: Os mendacis et fraudatoris implebitur calculo, id est condemnabitur vel a iudice, vel a Deo.

Insuper noster Salazar per *calculus* accipit minor pondera, qualia sunt drachme et scrupuli. Unde scrupulosi vocationi, qui minutim res parvas nimis expendunt et ponderant, *q. d.* Qui in vita res alienas fraudantur vel diripiuntur, ac voluptate allesti magna rapinarum pondera accrescunt, nec tamen æstimantur vel curantur; hi in hora mortis scrupulis conscientias argentur, ac minima quælibet delicta stimulantia sentiunt, ut eorum remorsu cruciantur et obruantur. Si ad Deum iudicem hoc referas, sensus erit: « Et postea os eius implebitur calculo, » id est pristina voluptatis et deliciarum; id tamen reliqui manebit, experientia scilicet severissimi ejusdem examinis, in quo iudex non modo ingenia forte et rapinas arbitri sui libra expendit, sed etiam scrupulis, hoc est minutissimis ponderibus uter, ut levissimas culpas trutinat.

Verum Hebræum *חֶשֶׁבֶת* *chasas* calculus significat, non arithmeticum, nec condemnatorium, nec libralem; sed naturalem; puta lapillum asperum, acutum et penetrantem, qui pani immixtus dentes et palatum offendit. Alludit enim ad *כֶּסֶף* *katsas*, id est extrema præcidere, et ad *חֶשֶׁבֶת* *chatsa*, id est dimidiare, hoc est rem in duas vel tres medias partes discindere. Inde *קֶרֶב* *kerets* vocatur sagitta a penetrando, eo quod dividat et dimidiet id quod tangit. Sensus ergo initio assignatus germanus est et genuinus.

Mystice: Hereticis suavis est panis mendacii, id est falsa doctrina, quam pro pane Evangelico gaudent populo ministrare; at postea sentire coguntur non esse vere panem quod porrungunt,

quam suam doctrinam defendere non possunt, sed eam vomere et abijcere adiguntur, presertim in iudicio Dei et in gehenna. Ibi ergo Arius, Nestorius, Calvinus et similes vident herosim suam fuisse panem mendacii, eumque in calculum: id est acrem penam ignemque gehennæ, esse conversum. Ita Jansenus. Unde Glossa per *calculus* accipit arripitadinem penitentia succedentem voluptati concupiscentia.

Hinc Galatius, lib. VII *De Arcanis fidei*, cap. xv, hunc versum apposite explicat de Judæis: hisce enim mendacium perfidiam suam est delectabile. Cum enim oderit Christum et veritatem, Talmudicis Rabbitorum mendacium fabellis, quasi epulis suavissimis, sese oblectant; sed os eorum implebitur calculo, id est, pena inferni æterna. Nam calculus, inquit, cum durus sit, masticari non potest, neque consumi, neque deglutiri, neque expui, cum totum os plenum est. Sic pena inferni durissima est et perdurat, nullatenusque evadit potest, neque finire, neque diminui, neque aliqua lacrymarum humiditate molliori. Hoc est quod de isdem valentinus est Jeremias, ix, 3: « Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii, et non veritatis, etc., et me non cognoverunt, dicit Dominus. » Et vers. 5: « Doctuerunt linguam suam loqui mendacium; et inique agerent, laboraverunt. » Hoc est quod de isdem predixit S. Paulus, II *Thessal.* ii, 9, Deum scilicet permisurum Judæos Antichristo: « Cujus est adventus, ait, secundum operationem Satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis his qui percuti, eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. » Antichristi ergo signa, opes et deliciae erunt Judæis panis mendacii, qui mox eis vertetur in calculum et tormentum.

18. COGITATIONES CONSILII ROBORANTUR, ET GUBERNACULUS TRACTANDA SUNT BELLA. — Syrus, propter provocationem fit bellum, ut cum quis alium per injuriosum dictum vel factum ad duellum vel bellum provocat. R. Salomon sic explicat, *q. d.* Cum ad pugnam cum Satana deveneris, id aggredere munitis auxiliis penitentia, precum et jejuni. Pro roborantur hebraice est *חֲבִילֹת* *hivilot*, quod Chaldaeus verit, dirigitur; R. Levi, rectifientur: « Cum, ait, quis cogitationibus inter se repugnantibus implicat consilio initio, tranquillitate et quiete fruatur; id autem evenit, cum motuibus hisce animi simul collectis, vera a falsis secerantur, contemplatione suis numeris absoluta, et animo sedato. Quod si dum aliquæ cogitationes inter se pugnent, alacriter bellum goret in eam, ejus opera a virtutum coronide careant; ita enim tutus eris ab his, quibus gravissimis difficultatibus irrelivis: nam inter se pugnantibus cogitationes, quibus quis distrahi-

tur, perturbationem parium quoad rerum seriem (1). »

Noster et alii passim melius vertunt roborantur. Robor enim includit directionem, eique virus superaddit. *Gubernaculis*, id est, consiliis quibus bella gubernantur, et ad felicem exitum victoriamque diriguntur. Hoc enim significat *חֲבִילֹת* *hivilot*; Septuaginta, et in rationibus gubernandi suo bellum; Cajetanus, in ingenit, puta in solertia, sagacitate, astutia, quæ maxime cernitur in stratagematibus, quibus periti duces hostem superant, et insignis referunt victorias. Hebræum *חֲבִילֹת* alludit ad *חֶבֶל* *chabel*, id est malus, funes, rudentes; et ad *חֲבִילֵי* *chabil*, id est gubernator navis. Sicut enim peritus naulerus apposite ad ventos extendens funes et vela, ac movens gubernaculum, dirigit navim ad destinatum portum: ita gubernator exercitus apposite disponens regensque milites suis consiliis, artibus et stratagematibus, dirigit exercitum ad victoriam. Hinc reges sapientes habent consilium belli quod vocant, puta consiliarios rei bellicæ peritos, qui consilia bellum dextre gerendi inveniant et acciperant. Unde noster Salazar per *gubernacula* accipit duces strennos et militaris artis peritos: hi enim bella prudenter conficiunt, sicut Jurisperiti in pace juste et pacate republicam administrant. Favent Septuaginta in *Cateora Græcorum*, dum sic vertunt, cogitationes firmanur per consilium; per gubernatorem autem industriam geritur bellum. Unde Leo Imperator, *De Re militari*, cap. i, num. 11: « Proprium, ait, imperatoris munus est subjectos suos prudentia, fortitudine, justitia, temperantia anteire. » Et cap. ii, num. 7: « Circumspectum, prudentem et solertem oportet esse imperatorem, in omnes partes cogitationem animi quadam celeritate versantem; perturbationes enim inopinate eum incidunt, confestim presentis auxilii excogitationem requirunt. »

Sensus ergo est, *q. d.* « Cogitationes, » id est cogitata, destinata, proposita hominum in se incerta, instabilia, mutabilia, roborantur et confirmantur per prudentia sapientum consiliorum consilia, ut ex incertis fiant certa, ex instabilibus stabilia, ex mobilibus immobilia. Ratio est, quia plures consiliorum prævident omnes difficultates, omnesque modos et media rei conficiendæ; quibus perspectis et sapie ter ordinatis, res liquida et moraliter certa efficitur, ut nihil in ea mutare vel innovare oporteat. Rursum, qui plurimum nititur consiliis, certus et intrepidus rem aggreditor. In his enim prudenter figit pedem: sperat enim prudenter felicem rei exitum; quod si is non succedat, ipse extra culpam et infamiam est: habet enim quo se tuatur, prudentium consilium. Significat ergo hæc gnome in bellis rebus-

(1) Cogitata (pluribus distributivas, nam sequitur in hebr. verbum singulare) consilia adhibito firmanur et cum consiliis, nec sine consiliis sanis, fæc, gere bellum.



que confideudis plus valere industriam, consilia, artes et stratagemata quam copiam et robur militum; ne gravum duces, qui rei bellicae peritus sit, plus effecturum quam externas quassibet vires et munitiones.

Unde Alexander Magnus, rogatus qua ratione (1.1) res tam brevi tempore debellasset, respondit: « Consilio, eloquentia et arte imperatoria. » Ita Jobens, *serm. 3. c. 13* Gedeon eum recentis duntaxat militibus, tubis totidem clangendo, et lagenas titione flammante inserto complodendo, ingentem exercitum representans, tantum pavorem Madiantis iniecit, ut innumera eorum agmina fuderit fugarique, *Judic. cap. vii, vers. 18*. Ita Abraham eum trecentis octodecim vernaculis noctu hostes imparatos et dormientes invadens, quatuor regum exercitus occidit, *Genes. xiv, 13*. Ita Judith profugam se simulans Holofernem occidit, totaque Assyriorum castra dissipavit, *Judith cap. xiii, 11*. Ita Romani « possederunt omnem locum consilio suo et patientia, » *1 Machab. viii, 3*. Ita Samson per trecentas vulpes, titiones ardentis caudis singularum alligando, ingentem Philistaeis cladem dedit, omnesque eorum segetes combustis, *Judic. cap. 3, 5*.

Quocirca Leo Imperator in *Tactiis*, sive *De Re militari*, quam contra Saracenos insitendam conscripsit, cap. 1, num. 3: « Ars imperatoria est, ait, in quibus exercitatio, vel studium, aut industria ponitur cum *επιτηδεύσει*, id est consiliorum imperatoriarum et trophaeorum collectione. » Et cap. iii, num. 2: « Ante omnes res maxime bellicas, cum iis praefectis consilium capias, qui tibi ad hoc idonei videbantur, cuius generis turmarum reliquique sunt. Ubi vero firmitatem aliquam habere consilium videbitur, rem ipsam, de qua deliberasti, omni studio ac diligentia contendas ad exitum perducere. » Et num. 6: « Consultores autem adhibe experienter rerum, providos, perspicaces, aerumnarum ac prosperitatis tuae socios, ad excoigandum solertes, fideles, qui neque tibi ad gratiam obtemperabunt, neque illi qui rei susceptor existit, neque sibi mutuo; sed qui quod cogitant dicant, qui simplici et incorrupto animo sunt, nullumque ex iis rebus lucrum quaerunt, sed eo ipso tempore quod maxime utile sit explorant. » Et num. 9: « Delibera tarde, nisi aliqua necessitas celeritatem requirit; ubi consuleris, si nullum impedimentum sit, mature facito. » Et cap. xv, num. 7: « Magna imperatoria laus est temperantem in victu et vigilantem esse; noctu enim de rebus gravibus magis deliberamus, acilisque noctu concluditur, quando animus ab omni externo rerum tumultu quiescit. » Et num. 8: « Alia inanis dicto, alia facito. Res graves et secretas cum multis ne communces, sed paucis, iisque fidelioribus amicis tuis. Ita enim hostes decipere saepe necessarium est. » Et num. 108: « Solem et ventum et pulverem a tergo habes tuorum, et ex adverso

faciis hostium; siquidem hostium oculi vel sole hebetati vel spiritus pulvere obstructi, vel corpora vento transeverberata facile tibi victoriam concedunt. » Similia habet Vegetius, lib. iii, cap. ix. Plura de utilitate consilii dixi cap. 1, 3, ad illa: « Intelligens gubernacula possidebit. »

19. Et qui REVELAT MYSTERIA, ET AMBULAT FRAUDULENTER, ET DILATAT LABIA SUA, NE COMMISCEARIS. — Multi ex Hebreo bimembrem faciunt hanc sententiam. Hebraea enim ad verbum sic habent, *revelans secretum vultus delator, et dilatanti, vel polliciter labiis suis ne misceas te* (1). Unde Septuaginta bimembri modo sic vertunt, *revelat mysterium ambulat fraudulentem, et solentem labia sua ne commiscearis*. Complutensis et Regia legunt, *revelans consilia in consensu editi duplex lingua, et cum extendente labia sua ne miscearis*. Auctor *Catoe Graec. clarior, qui aperit consilia secreta in consensu, bilinguis incedit; cum eo porro, qui dilatat labia sua, ne te misceas*. Vatablus, *qui revelat secretum, ambulat in delatione, et cum eo qui homines allicit, verbis suis ne misceas te, q. d. Fuge consilium delatoris, et praeterea blandientis*. Cajetanus, *revelans mysteria ambulat explorator, q. d. Qui secreta revelat non tam amicus est, uti se esse simulat, quam explorator et delator*. Aut, *q. d. Ex hoc cognoscere quempiam non esse amicum, sed exploratorem, si nimirum tua secreta revelet et prodatur. Hic enim est bilinguis, quia amice coram te loquitur, inimice vero et hostiliter apud alienos, quibus te tuaque consilia prodit.*

Verum quia, si bimembrem facias sententiam, nulla est connexio posterioris hemistichii cum priori, hinc Noster melius Hebraea verit in dativo (nomina enim Hebraea cujuslibet sunt casus), itaque unimembrem et connexam efficit sententiam, hoc modo: Revelanti mysterium, sive secretum, et fraudulentem instar delatoris ambulanti, et dilatanti labia sua ne commiscearis. Tria enim hic notat vitia inter se connexa, quorum unum ex alio ordine suo manat et profundit. Primum est revelare mysteria, sive secreta, alterius sibi commissa, quod est crimen infidelitatis et proditionis; secundum, ambulare fraudulentem ut exploratorem et delatorem. Explorator enim agit loquiturque fraudulentem, ut secreta expiscetur, que ad alios deferat. Tertium est dilatare labia sua, id est blandiri verbis amplis, speciosis et magnificis; hisce enim solent exploratores expiscari secreta que aliis prodant. Monet ergo cavendum esse proditorem, qui hisce tribus vitiis scateat, qui scilicet ample blandiundo expiscatur secreta, que deinde ad alios defert. Unde Tigurina verit, *ne in eas amicitiam cum eo qui secretum revelat, aut qui ut mercator circum et blandiloquus est*. Hebraicum enim *כרל* *rachil* significat mercatorem, indeque delatorem: quia sicut mercator

(1) Rectius, qui revelat secretum, incedit detractor, delator; et ei cuius patent labia, garrulus, ne te admisceant.

merces, ita delator sermone factaque aliorum ad alios defert et traducit.

Antistropa huic gnome est illa Arabum, *Centuria 1, num. 36*: « Ne aperi secretum tuum simis, » id est derisoribus et revelatoribus. Sicut enim simia gestus hominum, quos conspiciantur, imitando referunt: sic derisores et proditores eorum, quos derident et produnt, dieta factaque narrando aliis representant. Et illa, *Centuria 1, num. 50*: « Ne profer opprobrium fratri tuo; » vel, ut alii vertunt, *ne manifesta fratritatem fratris tui*. Et *Ben-Sira, Alphab. 2*, littera *scin*: « Superse de litigare cum vicinis tuis; et si animadverteris in suis tuis rem malam, ne profer infamiam ipsorum lingua tua. » Si quid ergo in amico videris vituperabile, sile; si quid laudabile, prome et lauda. Nam, ut aiunt Arabes: « Quando magnificabis cum quem vides, is magnificabit te quem non vides. » Et rursus: « Laudatio dilatat, diffamatio muletat. »

Nota: Pro dilatat hebraice est *פתח* *pathe*, quod primo Syrus verit, *festinat*; sic enim verit, *qui fidelis est spiritu rem occultat, et cum eo cuius labia sunt festinantia ne commiscearis, q. d. Fidelis est torilocus, et arcana occultat; at vero infidelis est praecipit et festinus ad loquendum, ideoque facile secreta effudit: quare ei ne commiscearis. Et sic aliqui exponunt dilatat labia sua, q. d. Qui verborosus et garrulus est: hic enim longiorem quam par est habet linguam, ut vulgo dicitur, et latiora aequo labia, quia ultra secreti fidem debilitate silentii limites temere se dilatant et extendunt. Probat ex Aristotele, qui in *Physiognomicis* docet eos, qui labra extenta et magnum oris rictum habent, esse loquaces nimium ac mordaces, et ad ames referri. Addit vero Albertus Magnus eodem esse secreti revelatores; hae enim duo sibi semper invicem herent, multum loqui et nullum secretum servare. Ita docet Photarchus in lib. *De Garrullitate*, ubi garrulis et loquacibus hae duo vitia familiaria esse dicit, arcana detegere, et sermonibus ab aliis acceptis semper aliquid addere. Quocirca Seneca, *epist. 110 ad Lucillum*: « Nihil aequo proderit ad quietem commodam retinendam, quam minimum cum aliis loqui, plurimum secum. Est quaedam dulcedo sermonis, quae irripit et blanditur, et non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. »*

Secundo, proprie *פתח* *pathe* significat allicere, pellere, blandiri, adulari, seducere, decipere. Qui enim decipere satagunt alios, ipsis adulantur et blandiuntur, ut blanditiis suis eos fallant et capiant, sicut pisces et aves capiuntur esca. Unde Tigurina verit, *ne in eas amicitiam cum eo qui blandiloquus est, nimirum cave a blandiente et blanditis: sicut Ulysses cavebat Sirenes eorumque cantus ablandientes: et sicut viatores cavent canes doctos, qui ablandiundo mordent. Alii, pollicenti, vel decipienti, vel adulanti, vel seducenti ne commiscearis*. Ita R. Salomon, *Aben-Ezra* et alii.

Idem significat Noster, Septuaginta et Pagninus, dum vertunt, *dilatata*; adulari enim et seductor dilatata labia sua, ampla et speciosa narrando vel promittendo, ut iis audientem illiciat et capiat, ac praesentim ut ejus arcana expiscetur, que deinde aliis prodatur, quod proprie hic intendit Salomon. Omnia enim haec ad secreta revelationem ejusque proditorem spectant. Hoc enim ingenium est crimen, exosum et noxium. Rationem a priori dedit *Ezech. xxvii, 19*. Hinc patet hebraicum *פתח* *pathe* non tantum significare allicere et decipere, sed etiam dilatare, quia deceptor dilatat labia sua ultra limites veritatis et fidelitatis ad falsa, speciosa, vana, fallacia, quibus alium capiat. Unde cap. xxiv, 28, Septuaginta Hebraicum *pathe* vertunt, *ne dilateris labiis tuis*. *Et Deut. xi, 16*, Septuaginta *pathe* vertunt, *ne dilatur cor vestrum*, id est, ut Noster explicat, *ne obscuratur cor vestrum*, ut scilicet hominis terre satiat ascivialis instar vitulorum, ac dilatatis cor vestrum ultra cultum veri Dei ad adorandum deos alienos, quae summa est deceptio et error.

20. QUI MALEDICIT PATRI SUO ET MATRI, EXSTINGUETUR LUCERNA EJUS IN MORTUIS TENERIBUS. — Hebraice, *in nigredine vel obscuritate caliginis*; Chaldaice, *sicut caligo tenebrarum*; Syrus, *sicut pupilla tenebrosa*. Hae enim hebraice vocatur *עין* *ishon*, a similitudine viruaculi, sive pupillae, quae apparet in pupilla. Unde et graecum *εξωπα*, ut vertunt Septuaginta, et pupillas et puellas sive pupillas significat. Ex Septuaginta ergo sic veritas, *pupilla vel puella ejus videbantur tenebras, q. d. Filiae ejus in aetate puellari ante nuptias moriuntur: quare ejus prosapia et propaginis spes exstinguetur. « Maledicit, » id est probris, sannis, conviciis, irrisionibus inaccessi: aut eis mortem, pestem aliunde malum imprecatur: aut simili modo dietis vel factis in eos injurias, maledicunt vel maledicunt est.*

Nota et matris, id est vel matris: sufficit enim ad culpam et poenam alterutri maledicere, ut patet *Levit. xx, 9*. Unde Septuaginta vertunt, *maledicentis patrem aut matrem exstinguetur fax, pupilla autem oculorum ejus videbantur tenebras*; Symmachus, *exstinguetur fax ejus in aeternitate, id est, in obscuritate, vel in luna illumi; alii, in pupilla noctis vel caliginis*, id est in nigerrima et obscurissima nocte; pupilla enim oculi, quia nigerrima, hinc symbolum est nigredinis, caliginis et obscuritatis.

Quares, quemnam haec « lucerna, » et quomodo exstinguenda in mediis tenebris?

Respondeo primo: « Lucerna » sua luce symbolum est claritatis, excellentiae, fame, nominis et glorie. Unde vulgo dicitur aliquid officere luminibus alterius, dum ejus famam et gloriam obscurat. Sensus ergo est, q. d. Qui maledicunt vel maledicunt est in patrem vel matrem, etiam si alias praeclarus sit, et multis nominibus illustris, obscurabit omnia hae nomina, atque omne decus, claritatem, dignitatem et gloriam exstinguet, et obruet tenebris impiae in parentes maledicentem.



tie, et quæ ex ea sequitur ignominie, probri et infamie; imo non tantum se, sed et totam familiam, ejusque splendorem, hujus impietatis et infamie probro et calligine offuscabit. Hic sensus planus est, obvius et communis.

*Secundo*, « lucerna » symbolum est rationis, cognitiois, prudentiæ, *q. d.* Puræ tantum magna ignorantia, aut Vatabilis, ut ratione capti et mente privati, nec tam homines quam bestie esse videantur, eo quod sponte lumen naturalis rationis, quæ dicitur parentes esse colendos, sopierint vel extinxerint. Unde noster Salazar sic exponit, *q. d.* Filius qui parentes esse colendos, maledictis ac conviciis a se longius pellit, a extinguetur fax ejus in nocte illi, » id est, ratio et consilium in ipso deficiet, et in nocte atra versabitur. Quia in quo proprio consilio caret, et patris matrisve exhortationes documentaque præsto non habet, in nocte agit sine sole, sine luna et sine face. Et quidem ejus qui parentes læsit, decessu esse præsertim defectus consilii et rationis. Is enim qui humanitatem omnino exiit, et ad feras quodam modo per immanitatem descendit, digne mulctatur in his bonis quæ maxime hominem a feris discernunt, scilicet in ratione et consilio.

*Tertio*, « lucerna » symbolum est florum, nepotum et posterorum. Sicut enim lucerna una accendit aliam et aliam, per eamque lumen suum propagat; sic pater suum quasi spiritum et vitam inspirat filiis, eamque per nepotes et posteros propagat. Unde multi veterum censuerunt animam hominis, æque ac equi et bestiarum, nasci ex traduce, hoc est, animam filii traduci et gigni ex anima parentis, sicut lumen lucernæ unius traducitur ex luce lucernæ alterius. Verum hic est error; verum tamen est spiritus vitales et consequenter vitam filii traduci ex spiritu et vita parentis. Hinc illud Lucretii, lib. II :

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

Et Plato, lib. VI de *Legibus*, docet parentes vitam filii tradere, sicut cursores tedas accensas, quas in initio studii a præfecto acceperant, eo emenso tradebant aliis, et hi aliis et aliis; is autem in cuius manu fax exstinguetur, habebatur infansus, turpis et inglorius; sic pater qui moriebatur sine liberis, ut in eo lucerna familiæ exstinguatur, habebatur infansus et inglorius. Rursus patris vita et gloria post mortem superest et vivit in filio, quem post se quasi alterum se relinquit. Dicit ergo Salomon quod maledici in parentes exstinguatur lucerna, id est: « Horum generatio et propagatio, ut scilicet filios non generet, vel si generet, cito emoriatur, itaque ipse ejusque nomen emoriatur, absque in tenebris mortis et oblivionis æternæ. Qui enim patrem non honorat, meretur carere honore patrum, ut scilicet pater non fiat. Qui generantem spernit, dignus est qui genitura et generatio privetur. Ex adverso Deus in Scripturis dicitur filius pater lucernam, id est fi-

lios et posteritatem illustrare et splendidiorem Davidi et Christo dicens: « Paravi lucernam Christo meo, » *Psalm.* cxxxv, vers. 17. Et de Abia: « Propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, et suscitavit filium ejus post eum, » III *Regum* xv, 4. *Lucerna* ergo *Davidis* regis est posteritas regia, sive filii et nepotes Davidi in regno ex ordine succedentes. Igilur hic sensus valde huic loco appositus, æque ac phrasæ ac Scripturæ conveniens est.

*Quarto*, « lucerna » symbolum est vite. Sicut enim vita alitur humido radicali: sic lucerna ardens alitur oleo, eoque deficiente languet et emoritur. Unde illud Polyxene in *Iphigenia* Euripidis: « Vale, amicum lumen, » id est, vale, vita; en morior. Ignis enim est vivax, videturque vivere; unde a nonnullis existimatum est esse animal, non ea tantum de causa, quod ut antea hæc cætera nutriatur, imo omnivorus sit et insatiabilis; sed quod etiam sensu pollere videatur, quod tunc præcipue, cum exstinguitur, apparet, quippe qui velut principii vitalis experti mimis sit, in clamant, excedunt, strident, ulcisci faciunt, reluctandusque resistit, velut reliqua faciunt animantia quæ violenta morte perimuntur, inquit Pierius, *Hieroglyph.* 46, cap. xiv. Sensus ergo est, *q. d.* Maledicus in parentes non tantum filios et prosapia, sed et vita ipsa privabitur a judice, vel a Deo, juxta legem ab eo sancitam, *Levit.* xx, 9: « Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur; patri matrique qui maledixit, sine vis ejus sit super eum; » idque « in mediis tenebris, » cum maxime lucerna opus est, id est in juventute, ait Cajetanus, cum maxime eum vivere oportebat, immatura morte et illiberis morietur æterna oblivione sepultus. Addit Pierius, cap. ix: At vestalis ignis, inquit, quem tanta diligentia Romane virgines nutrebant, sublimiorem divinioremque vitam pre se ferre videbatur: hæc itaque et custodia et nutrimento adjurabant, quod superioris illius vite symbolum æternum videbatur. Atque inter portenta, ut Dionysius et alii referunt urbis periture præsigium habebatur, si ensa ali qui accidisset eum exstingui. Hinc Camillus ad Quirites ait: « Quid de æternis Vestæ ignibus, signoque quod imperii pignus custodia ejus templi tenetur, loquar? » Et Virgilius, *Æneid.* II :

Æternamque ædvis effert penetralibus ignem.

Cernere est nonnunquam lucernam in basi alijus simulacri: id æternitatem significare, nonnulli arbitrantur. Hucusque Pierius. Sane itone in comæteris S. Priscille, S. Sebastiani, S. Laurentii et aliorum, in sepulchris Martyrum et aliorum, videmus passim appositas lucernas testaceas quasi ipsorum fidelis, spei et virtutis rediviva indicæ, ac triumphi, vite et gloriæ testaceas, quod, licet mortui mundo, vivant tamen in spe vite æternæ, expectantes gloriosam corporis resurrectionem. Hæc lucerna pariter maledictis

extinguatur, quia vita æterna privabuntur, ibuntque in tartara ad tenebras exteriores.

*Quinto*, « lucerna, » puta lux et ignis, symbolum est pietatis, sanctitatis, religionis, deus in Missa et Officiis divinis adhibentur, et ad corpora Martyrum appenduntur, uti Romæ in templo S. Cecilie 80 lampades jugiter noctu diuque ardentes conspiciuntur. Cur ignis deceat Deum et divina septemdecim rationes et analogias recenset *Leviticus* ix, in fine capituli. Sensus ergo est, *q. d.* Maledicus et impius in parentes exstinguit in mente sua lucernam, id est lumen pietatis, sanctitatis et cultus divini; quia Dei jubentis colli parentes, metum, amorem et obedientiam exiit, videturque plane profanus, impius et athens. Hinc Plato, lib. XI de *Legibus*: « Cultus deorum, inquit, ad honorandum parentes velut proemium est. » Hinc rursus lucerna symbolum est sacerdotii, ut *Jerem.* xxv, 10: « Perdam, etc., lumen lucernæ, » id est perdam sacerdotium cuius est lucernas curare, et templum in quo accendebantur, ac sabana et sacra quæ earum splendore celebrabantur, evertam. Quocirca sacerdotes olim lucernas, lampades et tedas accensas præferrebant. Unde illud Clementis Alexandrini in *Protreptico* de sacerdotibus Bæchi: « Exstingue ignem, o sacerdos, reverte lampades, o tu, qui facis geris! Tuum hæc lum arguit. » *Leviticus*, et Martinus de Roa, lib. II *Singul.* cap. xvii.

*Sexto*, « lucerna » symbolum est dominatus, opum regni et imperii; quia, sicut ignis est rex elementorum, ita princeps est hominum. Quapropter lucernæ, faces et ignes regibus præferri solebant, uti ostendit *Jerem.* cap. I, 13. Hinc ortum ut a sacris maxime scriptoribus lucerna pro regno ac regibus, pro splendore ac gloria capitur, ut purpura et faces pro magistratu, et ejus generis alia. Sic dicitur II *Regum* xxi, 17: « Non exstingues lucernam Israel, » id est regnum aut regem. Et Regius Propheta: « Paravi, inquit, lucernam Christo meo, » id est regnum atque imperium regi meo. Joannes vero Baptista *lucerna* dicitur, primum quia Christo divum atque hominum vero regi terras inveni facem præluxit: sive imperium ejus et principatum hoc veluti symbolo profertis; sive nuptias, quas cum sponsa sua Ecclesia celebraturus advenerat. Dicitur etiam *lucerna* dicitur, quia non erat ipse lux, sed lucis nuntius, et ideo lucerna lucens; et, quia ignem continebat illum, qui ignem venerat missurus in terras, ardens. Hæc accensa superest in utero parentis, cum ambo pueri ne suscepti quidem in lucem, lucem alter dedit, alter recepit; deinde inflammata uberius, cum ad Jordanem die coivere Iustitiam. Ita noster Maritus de Roa, lib. II *Singul.* cap. xvii. Significat ergo Salomon filios licet potentes principes late dominantes, si maledici et impii sint in parentes, per justam Dei

vindictam hæc potentia, dominata etrogno exuendos, uti contigit Absalomo regnum Davidis patris impie invadenti, qui in arbore capillis suspensus a Joab tribus lanceis confossus est, II *Regum* xviii, 44.

*Septimo*, « lucerna » et lux symbolum est lætitiæ, prosperitatis et felicitatis; hæc enim animum recreat et beat, uti lux oculos. Hinc de impio audivimus, cap. xii, 9: « Lucerna impiorum exstinguatur. » Et Job cap. xviii, 6: « Lux, inquit, obtenebrescet in tabernaculo ejus, et lucerna quæ super eum est exstinguatur. » Et cap. xxix, 3: « Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris, » id est, quando prospera utebar fortuna, quando copiosus eram, felix et fortunatus. Lucerna ergo maledici in parentes exstinguitur in tenebris, cum in impietatis pœnam Deus illi prosperitatem adimit, eamque commutat in calamitatem, et felicitatem in infelicitatem, dum scilicet efficit ut omnia ei cadant infelicitate, ac in caput maledicium resiliunt, quod patri suo insultare non est veritum. « In tenebris » ergo, id est per tenebras, cum scilicet gravissime tenebris eam obrueat, id autem fit tum in morte, quæ omnem claritatem et felicitatem impiorum tollit; tum in tempore etiam temporalis ultionis divine, quæ frequenter per tenebras significatur. Contra de justo dicitur: « Orietur in tenebris lux tua, et tenebre luce erunt sicut meridies, » *Isaia* cap. lviii, 10. Et rursus: « Quis ex vobis timens Dominum, qui ambulavit in tenebris, et non est lumen ei? » *Isaia* l, 10. Adveniente enim die mortis et ultionis divine, non vincitur ab eis tenebris virtus et claritas justorum, sed magis elucescit et tenebras superat: et contra impiorum claritas ab illis tenebris superatur et opprimitur.

Hic sensus valde appositus æque ac communis et amplius est, cæterosque omnes complectitur: lucerna enim et lux symbolum est lætitiæ et felicitatis, omniumque quæ voluptatem et gaudium pariunt, aut habentur in honore, in deliciis ac pretio; ejusmodi sunt opes, fama, potentia, dominatus, regna, imperia, triumphus, deus ac gloria, cæteraque hujus generis.

Symmachus verit, *extinguatur fax ejus in nocte illi*, id est in densissimis tenebris, cum nec a lucerna, nec a celo lumen habebit. Omne enim noctis lumen est a luna et stellis.

Symbolice, luna representat matrem, sicut sol patrem, juxta illud Josephi: « Vidi quatuor et novam et stellas undecim adorare me, » id est vidi patrem, matrem et undecim fratres adorare me, *Genes.* xxxvii. Sicut enim nocte, absente sole, luna præbet lumen: sic absente vel moriente patre mater filio exhibet solatia, consilia et monita salutis; si luna fiat illius, id est, si absit vel moriatur mater, filius patre et matre carens omnino solatio et consilio destituitur. Dicit ergo Salomon: Filius, qui probris vel conviciis inessit patrem



et matrem, meretur utroque orbari, æque ac filiis, **nimirum** meretur ut ipse nec sit pater filiis amissis, nec filius parentibus exstinctis; sic enim omnis illi lucerna tam superne quam inferne exlinguitur.

Mystice, per patrem et matrem accipe Prælatos, Pastores, Pri' cipes; qui enim his maledicit, lucerna ejus septuplex jam recensita exstinguetur. Hinc Auctor *Catene Græcorum*: Per patrem, inquit, hoc loco accipe Deum; per matrem vero, legis justitiam: quos qui maledicis inessert, aut aspernatus aliqui fuerit, *lucerna*, hoc est cognitionis lux, quæ in ipso erat, exstinguetur. Pupille autem oculorum ejus videbunt tenebras, nempe futuri iudicii terrorem et obscuritatem.

21. **HEREDITAS AD QUAM FESTINATUR IN PRINCIPIO, IN NOVISSIMO BENEDICTIONE CAREBIT.** — Hedraice et Chaldaice, *in fine non benedictur*; Septuaginta, *pars festinata in primis, in novissimis non benedictur*. Est hic in Hebræo *keri ukelaf*, ut vocant Masorete, id est varietas lectionis et scriptiōnis. Scribitur enim כְּהֵלֶת *mebochelet* per *chet*, quæ radix tantum hic reperitur, et *Zachar.* xi, 8, ubi fuse eam explicui. Significat enim rem detestabilem, quam abominamur et nauseando vomimus, qualis est hæreditas festinata, a præsertim furto et malis artibus parta, ait *Aben-Ezra*. Sed legendum est כְּהֵלֶת *mebochelet* per *he*, id est festinata, ut vertunt Septuaginta, Symmachus, Theodotus, Pagninus et alii; Tigurina, *prepropere*; Vatablus, *precipitata*, vel cum *precipitatione parta*; *Aben-Ezra*, ex *rapina congesta*: tales enim sæpe sunt, quæ cito et festinanter per fas et nefas corradiantur. Radix enim כָּהַל *bahal* importat cum passione celeritatem temporis et precipitantiam, ac significat acceleravit, festinavit, precipitavit, turbavit, subito terrore perculit. Congruit significatio, æque ac litteræ subitane evanescentiam significat; unde *הכל הכל* *hebel* est vanitas, indeque dicitur est *Abel*, quod cito occiditur a Cain fratre suo subito evanuerit. Sic et hic *bahal* vertitur in *habal*, id est opes cito partæ cito evanescent (1).

Sensus ergo est, *q. d.* Hæreditas et opes cito et precipitantè partæ carent benedictione, id est successu, felicitate, abundantia et fractu; quia adeo non augentur, ut sensim decrescant et deficiant, tum quæ precipitantè et tumultuarie, ciant, tum quæ precipitantè et tumultuarie, ideoque imprudentè, ac sæpe per fas et nefas corradiantur: precipitantia enim opponitur considerationi et consilio, quæ res firmari et felicem exitum sortiri solent; tum quia hæres illas cito sine magno labore, imo facile peperit: hinc mi-

(1) Ewaldus *veritè*, *hæreditas devota, delatata*, collato ejusdem significationis verbo arab. Qui significatus nec mal. derivandi a sign. ficatu *fastidendi*, vel ut alii volunt, *propulsi*, et apte respondet verbo in alter hemistichio. Cæterum *hæreditas* hic, ut sæpe alias per synecdochen pro omni eo quod quis possidet, si etiam non jure hæreditario illud obtinuerit, usurpatur.

noris eas æstimat, minusque tulatur et conservat; quæ enim quis magno labore et sudore peperit, illa diligit, curat, studiosè conservat, ait *R. Levi*. Ut hæc gnome idem dicat quod illa cap. xiii, 11: «Substantia festinata minuitur; quæ autem partem colligitur manu, multiplicabitur;» ubi multis eam explicui. Exemplum dat *R. Salomon*, tribus *Gad*, *Itubon* et dimidium *Manasse*, quæ quia festine partem suam acceperunt eis *Jordanem*, hinc primæ patuerunt incursum hostium, ac prima vastate sunt ab *Hazaël* rege *Syriae*, tempore *Jehu* regis *Israel* et *Joas* regis *Juda*, *IV Reg.* x, 33.

Igitur hanc sententiam recte adapte parentibus, qui per fas et nefas opes accumulunt, ut amplam hæreditatem filiis post se relinquunt; nam hi non raro sua spe frustrantur, ac sæpe filios pauperes dimittunt. Ratio est, quod male parta male dilabuntur; et, ut vulgo dicitur:

De male questis non gaudet tertius hæres.

*Secundo*, Cajetanus apposite sic exponit, *q. d.* Hæreditas, quam filius juvenis ante mortem patris adire festinat, benedictione caret; quia ab eo regi et conservari nequit, sed juveniliter et temere dissipatur, consumitur et decoquitur. Hinc illud vulgo tritum: «Si vultur esse, expecta cadaver;» si vis hereditate paterna gaudere, æque satiare et frui, expecta mortem patris, instar vulturis, qui nullum animal occidit, sed mortua vel ab aliis occisa deponitur. Exemplum est in filio prodigo, qui præpropere portionem hæreditatis suæ a patre exigens, eam consumpsit luxuriose vivendo cum meretricibus. Unde ad tantam pauperiem redactus est, ut coactus sit fieri subulcus et pascere porcos, *Luce* xv.

*Tertio*, *festinatur* accipi potest pro «cito et festinanter consumitur,» *q. d.* Hæreditas, quæ cito et festinanter consumitur, benedictione carebit, id est, oculus deficiet et dissipabitur. Sic enim heluones et juvenes, cum ad mensam dapum optumæ festinata ingluvie accedunt, illico eam absumunt, devorant et dissipant. Est metalepsis.

Triplex hæc expositio oritur ex triplici acceptione verbi *festinatur*. Primo enim «festinatur,» id est festinato acquiritur; secundo, «festinatur,» id est festinato aditur et occurratur; tertio, «festinatur,» id est festinato consumitur.

Mystice, homines mundani, quia festinant hæreditare terram et frui presentibus, hinc amittunt bona futura et hereditatem celestem. Ita *Cain*, ædificans civitatem in terra, amisit civitatem supernam, *Genes.* iv: «Hunc imitantur homines, qui festinant ad festivatem terrenæ felicitatis, nec futuram expectant dedicationem regni filii Dei (unde et illud dictum Sapientis: Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in novissimis benedictione carebit),» ut expectavit *Henoch*, id est dedicatio, a qui ambulans cum Deo non inveniebatur, quia tulit eum Deus. Siquidem juxta per fidem in septima mundi ætate dedicatum sibi

esperant requiem, et eorum spes in illud proficietur, quod in presenti non videtur. Non enim habemus, inquit, hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus,» inquit *Rupertus*, lib. iv in *Genes.* cap. x.

Sicut ergo *Esau* gulose, avide et præpropere inhians pulci *Jacobi*, vendidit eidem et perdidit jura primogenituræ, *Genes.* xxv, 34: sic impii, quia præpropere et impatienter inhiant felicitati et voluptati, hinc eam quam mundus offert, acceperunt in terra, ideoque perdunt celestem, quam justis longa spe et patientia in tribulationibus hujus mundi expectantur, nanciscuntur in cælis. Unde *Apostolus*, *Hebr.* xi, 1: «Fides, ait, est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.» Vide totum illud caput. Accedit Auctor *Catene Græcorum*, qui sic explicat, *q. d.* Malitia infio avidis fauebus haurit voluptatem; at sub finem sectatoreum suum in maledictionem dejicit. Porro autem virtus, quæ a labore exordium facit, desinit tandem in benedictionem. Aut pars accelerata ea hic dicitur, quæ nimia festinatione et tumultatione suscepta est, juxta illud: «Tunc festinaverunt principes *Edom*,» *Exodi* xv. Hæc ille.

Moraliter, hic discere quantum malum sit præpropere festinato ac precipitantia, quamque sapientia et prudentia, quæ consilium et maturitatem requirit ad opes spiritales æque ac corporales comparandas, contraria. Hinc *Augusti* *Cæsaris* gnome erat, *καὶ διὰ ῥῆδων*, id est *festina lente*, teste *Gellio*, lib. X, cap. xi. Et *Comicus*: «Tutiora sunt quæ lentis consiliis providentur, quam quæ calidis consiliis proferantur. Delibera utilia, mora tutissima est. In nocte consilium.» *Sallustius*: «Antequam incipias, consulta; tibi consulueris, mature facta opus est,» quam sententiam laudat *Aristoteles*, lib. vi *Moral.* Bias: «Cumciter agredere negotium, verum in suscepto constanter persevera.» *Terentius* in *Phorm.*: «Bii bene vertant quod agas, pedentium tamen;» et, ut *Plutarchus* ait, «bubulo pede.» *Sophocles* in *Ædip.*: «Periculosa est præpropere prudentia.» *Mimus* *Fablianus*: «Diu apparandum est bellum, ut vineas celerius.» *Quintilianus*: «Præcox illud ingeniorum genus non temere pervenit ad frugem.» *Vulgo* dicunt: «Qui pueri adhuc et velut ante tempus sapient, in senectute stultos evadere.» *Aelius* apud *Gellium*, ait sibi in juvenilibus ingenium, itidem ut in pomis immaturis, placere acerbitatem, nam hæc derum maturescere; porro maturitas terpestivam affert suavitatem: reliqua ante tempus prescicere. Hoc imuit *Homerus*, *Iliad.* i, ubi *Pallas* a tergo stat *Achilli*, eumque manum admoventem gladio coeret.

Festinationis comites esse solent error et prenitentia, juxta illud: «Multis malorum causa est precipitantia.» Et illud: «Canis festinans cæcos parit catulos.» *S. Hieronymus* ad *Pammach.*: «Sciunt est, inquit, illud *Catonis*: Sat cito, si sci-

bene.» Sic qui præpropere virtutes consecrantur, properatas potius et evanidas acquirunt quam solidas et perpetuas. Solent enim præcocta cito fallacescere; quod autem paulatim accrescit, durable est, juxta illud *Horatii*: «Crescit occulto velut arbor ævo.» Unde *Pindarus*, *hymno* 8 in *Nemeis*: «Augescit, ait, virtus velut cum arbor virente rore surgit, sapientes inter viros sublima justosque ad liquidum æthera.»

*Tropologice* *S. Gregorius*, *III Pastor.* admon. 21, hanc gnomen adaptat, imo objicit avaris, qui caducis obviis inhiantes amittunt æterna, quasi iniqui in terra et exules cæli: «Cum quelibet, ait, presentis mundi lucra desiderant, et quæ de futuro damna patientur, ignorant, audiant quod scriptum est: Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit. Ex hæc quippe vita initium ducimus, ut ad benedictionis sortem in novissimo veniamus. Qui itaque in principio hæreditare festinant, sortem sibi in novissimo benedictionis amittunt; quia, dum per avaritiam exquirunt hic multiplicari appetunt, illic ab æterno patrimonio exheredes fiunt.» Bæda vero sic: «Hæreditas ad quam festinatur,» etc., hoc est: «Qui gradum regiminis, priusquam subesse didicerit, id est ante tempus, festinans, præposterus, accipit, in novissimo mercede benedictionis, quæ bonis rectoribus debetur, carebit; qui ad mysterium altaris inductus et temerarius accessit, et ipse in die novissimo gratiam remunerationis, quæ bene ministrantibus repositur, perdet. Potest et ita accipi, quod qui in presenti suas ulcrici vult injurias, hic corona patientiæ in futuro carebit. Cui sensui potissimum videtur convenire quod sequitur: Ne dicas: Reddam malum; expecta Dominum, et liberabit te.»

22. **NE DICAS: REDDAM MALUM; EXPECTA DOMINUM ET LIBERABIT TE.** — Hedraice *לֹא תִדְבֹר עֵשׂוֹר* *veiosca tach*, id est salvabit te, erit tibi *Jesus*. Nomen enim *Jesus*, id est salvator, derivatur a *ישוע* *tasue*, id est salvavit. Septuaginta, ne dixeris: *Ulsciscar inimicum* (*S. Cyprianus*, lib. iii *Dixeris*, et ad *Demetriam* legit: *Ulsciscar me de inimico meo*), sed sustine Dominum, ut tibi auxilio sit; *Syros*: *Reddam malum pro bono*; melius alii: *Reddam malum pro malo*. Proprie enim vetat vindictam et retaliationem, ne scilicet malum malo rependantur. Reddero enim est simile simili vel parî retribuere. Unde *Aben-Ezra*: «Ne dicas, ait, «par pari repensurum tui qui te malo affecerit.» Hic enim appetitus par pari regerendū in malis, valde vehementis est in homine, illic quasi innatus; ac nonnullæ nationes ad hoc ipso proclives sunt, ut in ea re suum honorem, imo felicitatem sitam putent. Auctor *Catene Græcorum*: «Ne teipsam vindices, inquit, sed præstolare Dominum, qui dixit: Da mihi vindictam, et ego retribuam,» *Roman.* cap. xii, vers. 19.

Ne dicas — in animo tuo, et multo minus ore tuo. tum quia ore enuntiando malum vindictæ



animo concepte propositum, illud obfirmas; tum quia alios scandalizas; tum quia sunt qui putant se obligari in conscientia prestare id quod dixerunt, esto malum sit et alteri injuriam, quales sunt hodie Puritani puriores, imo impuriores, in Anglia.

Ratio a priori est, quia reddere malum pro malo non est actus justitiae, sed vindictae, quae illicita est omnique jure vetita; malum ergo reperehendendum est sentio patientiae, non telo vindictae. Rursus qui malum intulit, dedit tibi occasionem magnae virtutis et morit; non ergo tibi malum, sed ingens bonum obtulit; materiam enim tibi dedit magnae victoriae et coronae. Quare non odio, sed amore, non vindicta, sed potius gratiarum actione dignus est. Qui ergo nos verbo aut verbera ledunt, non tormentorum carnifices, sed coronarum aurifices sunt: igitur beneficii sunt, non malefici, ac tantum eorum beneficium (materiale, non formale, quia non est eorum mente et intentione) beneficio pari pensandum est. Vide quae de hac re dixi Rom. XII, 17; *Ecl.* XXVIII, 7 et seq., et I *Petr.* II, 23.

ESPECTA DOMINUM, ET LIBERABIT TE. — Non dicit, et vindicabit te, licet et hoc saepe vere contingat, sed *liberabit te*, ut significet lesum debere desiderare sui liberationem, non haerere poenam et noxam. Chaldaeus, *spera in Deo, et salvabit te*. Pro *expecta* hebraice est *רָצָה* *raza*, quod verbum dicitur de iis qui magno animi desiderio in aliquem intenti sunt et respiciunt, eumque expectant et amplectuntur, sibi que applicant. Significat ergo lesum non ad amicos, non ad satellites, non ad milites, sed ad Deum confugere debere, in eum respicere, totaque spe intendere, ab eoque expectare sui liberationem; igitur toto corde debere Deum amplecti, eumque suae lesioni et dolori velut pharmacum efficacissimum et solutum certissimum applicare. Hoc facit noster Jesus, id est salvator, suis dilectis in se confidentibus, totaque acie mentis intendentibus. Aspicit ergo in eum, et se te visissim oculo paternae providentiae respiciet et salvabit, juxta illud *Psalm.* 101: « Sicut oculi servorum in manibus domini, sicut oculi ancillae in manibus domini suae, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, » *Psalm.* CXII, 2. Intuere quo affectu canes in herum praudentem respiciunt, ut ab eo escam accipiant; pari affectu tu respice in Jesum, et omni bono pascet te.

Hae ergo gnome eum, qui injuriam patitur, instruit docetque quid facere debeat, eique panopliam victum suggerit, qua omnia vincat et superet. Panoplia haec est patientia, militas, animi resignatio et spes in Deum. Hae enim tolerando vincit *primo*, injuriam, quatuvis atrocem et multiplicem, uti Christus dux noster vicit, teste S. Petro, loco jam citato.

*Secundo*, vincit ipsam injuriantem, tum injuriis

ejus se non moveri, imo iis fortioem et celsio-rem ostendit, ac bonum pro malo rependit; qua charitate veluti igne cor ejus succendit, sibi que devincit, illudque cogit, ut amantem se redamem, itaque ex inimico facit amicum.

*Tertio*, vincit seipsum, puta suam iram, vindictae cupidinem, impatientiam, omnibusque hisce, ac ceteris animi motibus quasi rex dominatur et imperat. Patiens ergo sui est dominus et rex animi, ac consequenter demonis, imo demomum omnium, qui olim victi ab ira, nunc omnes ad eandem suscitare conantur.

*Quarto*, vincit adstantes et audientes. Hi enim, *Quarta*, audita ejus invicta patientia, eum admirantur, amant et colunt.

*Quinto*, vincit ipsum Deum, ab eoque opem *Quinta*, elicit, ut eum ab omni malo liberet. Ex adverso impatiens vincitur *primo*, ab injuria proximi; *secundo*, ab injuriante, ab eoque se ledi et subigi fertur; *tertio*, ab ira et impatientia sua, ac a demone qui eam suscitavit; *quarto*, ab adstantibus, qui eum irident; *quinto*, a Deo, qui eum deserit, et injuriis majoribus exponit.

Hae ergo gnome usurpa, tibi applica, rumna et practica, quicumque pateris, et omnis mali in ea levamen invenies. Vere S. Augustinus: « Maledictum, ait, patientia repressum in auctorem redit, eo qui pelebatur illaso. » Hinc Jeremias Christi patientis typus, tot probris et plagis a Judaeis affectus, ad Deum confugiens, cap. XVII, 14: « Sana me, Domine, inquit, et sanabor; salvum me fac, et salvus ero, quoniam laus mea tu es. » Et mox: « Et ego non sum turbatus te pastorem sequens, et diem hominis non desideravi, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. » Et David, fugiens Absalon, maledictis a Semei appetitus: « Dimitte eum, inquit, ut maledicat juxta preceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, et reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hae hodierna, » I *Regum*, cap. XVI, vers. 11.

Salomoni succedit Siracides, *Ecl.* I, 29: « Usque in tempus, ait, sustinebit patiens, et postea redditio jucunditatis. » Et cap. II, 21: « Qui timebunt Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius. » Et vers. 2: « Ne festines in tempore obductionis (afflictionis), sustine sntationes Dei, conjungere Deo, et sustine, ut crescat in novissimo vita tua. » Et vers. 6: « Crede Deo, et recuperabit te, et dirige viam tuam, et spera in illum. » Et S. Ignatius, apud Antonium in *Melisso*, part. II, cap. LXXXIX et XC: « Firmiter, ait, dum eaderis, quasi incus stato. Generosi athlete est eedi et vincere; maxime autem propter Deum omnia nobis patienda sunt, ut ipse nos pasciat. Patienter alii alios cum mansuetudine patimur, ut semper Deus nos leniter ferat. » S. Gregorius

Nazianzenus, ibidem: « Est in fabulis, ait, plantum quandam esse, quae, cum inciditur, gemit. quae cum ferro certare dicitur, quae misto vivat, et incisione nascatur, et consumptione augetur. Talis mihi victor esse sapiens, qui in perturbatibus claritatem consequitur, cui virtutis materia est molestia, et adversus ornationem redditur. Cille est a dacliam mansuetudine vincere, et meliores reddere injuriam facientes, quae nobis inferuntur patienter ferendo. Nihil est fortius iis qui ferre omnia parati sunt. » S. Chrysostomus ibid.: « Nulla res aeque facit venerabiles, ait, atque injuriam sustinere. Solet Deus non a principio mala avertere, sed eum usque ad summum venerit et creverit, cum nihil promissum fuerit ab hostibus, quin omnia experti sint, tum simul omnia in summam tranquillitatem convertit, ac praeter omnium expectationem res ipsas optime constituit et firmat. Cum quis te offudit, noli ad ipsum aspiciere, sed ad demone impellentem, et iram totam in illum effundito; illius autem miserere, qui a demone impellitur. » S. Basilus ibid.: « Si irasceris convicianti, ait, convicio approbasti. Quid enim ira insipientis? Sin vero nihil moveris iram, injuriam facientem pudore affectisti, ne ipsa temperantiam declarans. » S. Gregorius Nyssenus, S. Basilii frater, apud Maximum, *sermo* 42: « Convictorum, ait, et contumeliarum progressus lenitate ferendi sinitur. Nam si quis contumelia contumeliam, et convicio convicium ulciscatur, hae ipsa villa augabit, dum quod absurdum est similibus alii. Firma et indubitata gratiae spes, et fructio est iis qui per patientiam expectant. »

23. AROMINATIO EST APUD DOMINUM PONDUS ET PONDUS: SEATERA DOLOSA NON EST BOXA. — sed mala, imo pessima. Est misos: minus enim dicitur, et plus significatur. Hebraice, *bilances doli non bonum*; Chaldaice, *non placet coram eo*. Audivimus hanc gnome vers. 10, et cap. XI, vers. 4, ubi eam explicui.

Mysice, S. Ambrosius in *Psalm.* LXI, ex Septuaginta sic legit: « Exsecrabile Domino duplex pondus, et stater falax non bona; » sicque explicat: « In quo significat eos qui rapinam inexplibili corde meditantur, et sobrietatem fronte prestant. Tales scribae Iudaeorum sunt, qui onera gravia aliis observant, a durioris imponunt, non habentes rectam jugum animae suae, sed propensa iniquitate curvati: ipsi autem suorum praecceptorum refugi sunt. »

Rursus alii hae applicant iis qui se coram Deo in secreto humiliant, sed eorum hominibus publice extollunt. Audi S. Bernardum, *serm.* 42 *in Cantico*: « Ponderis, ait, et pondus abominatio est apud Deum. Quid enim? tu te deprectaris in secreto apud teipsum veritatis trutinam ponderatus, et foris alterius pretii mentiens majori te pondere vendis nobis, quam ab ipsa accepisti! Time Deum, et noli hanc rem pessimam facere, ut,

quem humiliat veritas, extollat voluntas: hoc enim est resistere veritati, hoc pugnae contra Deum. » Verum, ut idem ait: « Hae humilitas, quam nobis veritas parat, non habet colorem; » sed necesse est charitate formetur et inflammetur.

24. A DOMINO DIRECTUS GRESSUS VITAE (FORTIS ET STRENI), QUI MARGA ET AQUA MOLLIUR: HANC ENIM SIGNIFICAT HEBRAICUM גָּבֹר *gabar*; unde Gauriel, id est fortitudo Dei: QUI AUTEM HOMINUM INTELLIGERE POTEST VIAM SUAM? — Septuaginta, *mortalis autem quomodo cogitaverit vias suas?* Hebraice, *a Domino gressus hominis*, subaudi, pendent, sunt, diriguntur; et *homo quomodo intelliget viam suam?* Hanc gnome mutuatus est Salomon a patre suo Davide, *Psalm.* XXXVI, vers. 23: « Apud Dominum (Hebraice, *a Domino*) gressus hominis diriguntur, et viam ejus volit. » Ubi pro *diriguntur* hebraice est *כִּנְנָה* *cinanna*, id est, ut S. Hieronymus, *fumantur*; alii, *proparantur*, vel *aptantur*; alii, *ratificantur*; alii, *perficiuntur*. Radix enim *כִּנְנָה* *cin* dicitur de quacumque aptatione, qua in se includit firmitatem, certitudinem et soliditatem. *Gressus* et *viam* significant opera, studia, actiones, totumque vite institutum et decursum. Hae enim omnia in homine, upote viatoris, non sunt stabilia, sed perennis quidem motus et transitus, ut ex Origene ait S. Ambrosius. Significat ergo non hominis, sed Dei ejusque providentiae esse actiones, status totaque vitam hominis disponere, ordinare, stabilire, prosperare, perficere et ad felicem finem deducere. Hae enim omnia significat *diriguntur*. Porro actiones hominis sunt duplices, scilicet naturales et supernaturales: illas dirigit Deus naturalis et communis sua providentia, has supernaturalis et specialis. Unde de naturalibus Rabbi et Bayus sic exponunt, *q. d.* Nescit homo profecturus alio, quando, quod et quale iter debeat capessere, praesentem in bivio vel trivio; nescit rursus quid in itinere alii sit eventurum, et quando quomodoque domum sit reversurus. Melius fideles de supernaturalibus accipiunt. Unde David, *Psalm.* XXXVI, hanc gnome applicat justo (hic enim est *gaber*, id est vir strenuus), cujus gressus, id est actiones et studia Deus dirigit, id est soundat, moderat et prosperat, ut ad finem felicitatis aeternae perveniat. Igitur dirigit eum, id est regit et protegit inter tot adversa, tentationes et pericula, ne in peccatum (nisi veniale) labatur. Quod si in mortale lapsus sit, illico eripit eum, ut Davidem lapsum in adulterium et homicidium, Urice erexit. Unde subdit: « Cum caeciderit, non collidetur; quoniam Dominus supponit manum suam. »

Directio ergo hae Dei est multiglex: *primo* enim Deus dirigit actiones nostras, cum ab eterno esse destinat et praedeterminat, ut in tempore ad eas hominem excitet, juxta illud: « Ipse factor sumus, creati in Christo Jesu in operibus bonis (hoc est ad opera bona) quae preparavit Deus, ut in illis ambulemus, » *Ephes.* II, 10.



*Secundo*, cum in tempore ad eas hominem excitat et dirigit mentem illuminando, et voluntatem ad eas impellendo.

*Tertio*, cum modum eas ordinate et feliciter exequendi homini suggerit. Sic dirigit gressus viatoris, cum vias securas illi suggerit: sepe enim nisi a Deo dirigeremur, eligeremus vias periculosas, in quibus incederemus in latrones vel temporales, vel spirituales, uti sunt demones, mali socii, scandala, tentationes, illecebre peccandi.

*Quarto*, cum obstacula et obstantes studiis nostris amovet, ut cum S. Paulo amovit obstacula Judaeorum et Gentilium praedicationi Evangelii obstantium. Unde ipse rogat Thessalonicenses, *epist.* II, cap. III, 1, dicens: « Orate pro nobis, ut sermo Dei currat et clarificetur, sicut et apud vos; et ut liberemur ab importunis et malis hominibus: non enim omnium est fides. »

*Quinto*, cum in executione hominem dirigit, ne erret, ne labatur, ac, si erravit vel lapsus sit, eum corrigit et erigit; si lassus sit, sustentat; si pusillanimitas desperat, in spem elevat; si dubius sit, ostendit quid eligere debeat. Hoc est quod quotidie orat Ecclesia ad Primam: « Sit splendor Domini Dei nostri super nos; et opera manuum nostrarum dirige super nos: dirigere et sanctificare, regere et gubernare dignare, Domine Deus, rex caeli et terrae, hodie corda et corpora nostra, sensus, sermones et actus nostros in lege tua, et in operibus mandatorum tuorum, ut hic et in aeternum te auxiliante salvi et liberi esse mereamur. »

*Sexto*, cum eas secundat et prosperat, ut optimum finem consequatur, v. g. ut predicatorum, confessorum, doctores auditores suos illuminent, convertant, sanctificent. Ita Christus, Deo dirigente, « exsultavit ut gigas ad currendam viam, etc. nec est qui se abscondat a calore ejus, » *Psalm.* XVIII, 7. Et Apostoli, de quibus ait Isaias, cap. LII, 7: « Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem! »

*Septimo*, cum homini suggerit illum vite statum, illas occupationes et studia, illum vite tenorem, quo praevideat eum sine peccati periculo et lapsu victurum, ac recta perverturnt ad gloriam et felicitatem aeternam, dando continue gratiam quam praevideat fore congruam et efficacem: unde pro ea assidue orandus est Deus, ut eam suggerat; ab illa enim pendet nostra salus, praedestinatio, electio et felicitas aeterna. Hinc orandum crebro cum Psalme: « Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea, » *Psalm.* XVI, 5. Et: « Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, et non diminetur mei omnis injustitia, » *Psalm.* CXVIII, 133.

*Octavo*, cum eas perficit, ut in dies in virtutum intensione et extensione crescamus et perficiamur. Hoc est quod Deum orat Ecclesia Dominica infra Octavam Nativitatis: « Dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti Filii tui

mereamur bonis operibus abundare. » Hinc S. Prosper, lib. I *De Vocat. Gent.*, cap. CI, docet quod Deus sit auctor omnium virtutum et omnis boni: « Quod nemo, ait, possit recte incedere nisi Domino dirigente, liquet ex illo Salomonis: A Domino corriguntur gressus viri; mortalis autem quomodo intelligit vias suas? » Et beda hic: « Quicumque hominum, ait, gressus rectum iter incedunt, non fit hoc libertate humani arbitrii, sed gubernatione illius cui dicit Isaias, cap. XXVI: Omnia enim opera nostra operatus es nobis. Quis autem hominum intelligere potest viam suam? In hoc, inquit, manifeste claret, quia quidquid boni habet quisque, a seipso non habet, sed per gratiam Dei: quod nec per sui libertatem arbitrii qualis futurus sit, qualiter, vel quandiu victurus, intelligere poterit. »

Hinc de sponsa, puta Ecclesia, et anima sancta a Deo sponso directa, dicitur *Cant.* VI, 1: « Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis! Deus est enim qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate, » *Philip.* II, 13. Quia et R. Levi hanc Salomonis gnomam sic explicat, q. d. « Incedentis gressus a Domino sunt, cum opera divina indigent, quae singulis passibus adsit et comitetur. » Et Auctor *Catech. Graec.*: « Sensus est, ait, qui mortalia et terrena adhuc sapit: quomodo is reclam vitam intelligere, aut homini vias sanctificare et consecrare valeat? » Vnde ibi dicta cap. XVI, 9.

QUIS AUTEM HOMINUM INTELLIGERE POTEST VIAM SUAM?—Hebraice, et *Adam quomodo intelligit viam suam?* Adam ab *adama*, hoc est homo ab humo, q. d. Homo ex humo factus, et humi ut vermis repens, quomodo cognoscat viam excelsam, quae eum ducat in caelum? *Te et, primo*, accipi potest: ut causale pro *enim*, ut det causam praecedentis hemistichii, q. d. A Domino dirigi debent gressus viri: nec enim homo per se valet intelligere viam suam, ut scilicet prospiciat et praevideat qua via secure sit incedendum, quid agendum, quid in dubio eligendum, quae sit via et modus ad feliciter rem conficiendam: hic enim omnia superant hominis providentiam, et divinam requirunt. Sepe enim homo putat se recta via virtutis incedere, et curva vitii incedit; putat se ire in Jerusalem, dum vadit in Jericho; putat se ire in viam caeli, et in viam inferni; iuxta illud cap. XVI, 25: « Est via quo vadit homini recta, et novissima ejus ducunt ad mortem. » Rursus putat se capessere viam ad felicitatem, et capessit contrariam. Aman, involatus cum rege Assuero a regina Esther, pulsat se ire ad gloriam, et ibat ad furcam. Esopus in via deprehensus a magistratu, rogatus quo iret, respondit se nescire. Magistratus, sibi ab eo illud vel insullari putans, eum abduxit in carcerem. Tum *Asojus*. « Nonne, inquit, vere dixi me nescire quo irem? ibam enim in carcerem, et hoc nesciebam. » Ita quotidie dum domo eximus, nescimus quo camus: et

quia sepe praeter mentem ab occurrentibus alio abducimur. Quare, dum egredimur, oremus cum Psalme: « Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me, » ut scilicet Deus gressus nostros ita dirigat, ut nobis alisque bonum aliquod accersamus, ac vel verbo vel aspectu malum et peccatum avertemus.

*Secundo*, et potest accipi ut illativum, indicans eventum et sequelam, ut significet idem quod *ergo*, q. d. Dei solius est dirigere gressus viri, eosque providere et ordinare, ut boni sint, et ut felici exitum sortiuntur. Hoc enim solus ille potest, cujus est nosse ac prestare omnibus finem mediaque ad finem opportuna: quis ergo hominum audeat sibi hanc praenotionem et ordinationem arrogare? quod enim a Dei pendet directione, non potest ab homine percipi et penetrari. Ita fere Cajetanus.

Secundum utranque explicationem commendatur nobis Dei providentia, et cura peculiaris circa studia, affectus et opera hominis in hac vita: ut hoc intelligentes propriae prudentiae non inutimur nimium, sed a Deo in omnibus pendeamus, ejus directioni nos committentes, juxta illud *Tobia* IV, 20: « Pete a Deo ut vias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permanent. » Hoc est quod Deo confititur Jeremias cap. X, 23: « Scio, Domine, quod non est hominis via ejus, nec viri, ut dirigat gressus suos. »

Hinc colligas causam cur hic sit felix, ille infelix, non esse fortunam, non indolem, non caelum, sed Deum: Deus enim pro libito liberaque electione quem vult facit felicem, non tantum si prudens sit, sed et si imprudens. Prudens enim esto non semper, sepe tamen prosperatur in actionibus, ut felices habeat successus: tum quia prudenter omnia disponit, ut feliciter eveniant; tum quia meretur ut Deus actiones suas dirigat et prosperet. D. Thomas, lib. III *Contra Gentes*, cap. XCII, querit quo sit causa cur quis sit fortunatus, id est, ut illi praeter opinionem bona bonique eventus obviantur? ac respondet propriam causam bonae fortunae esse Deum, deque benevolentiam et electionem, qua aliquem feliciter ut plurimum regit et dirigit, v. g. ut fodiat tali vel tali loco ubi inveniat thesaurum: uti autem aliquando ministerio Angelorum id suggerentium vel persuadentium; caelum autem caelique influxum proprie non facere bonam fortunam, sed subinde ad illam disponere per accidens, v. g. cum quem inclinat ad fodendum, cui fossioni per accidens conjuncta est inventio thesauri. Nec enim caelum inclinat, ut hic potius fodias ubi est thesaurus, quam alibi ubi non est. Quare cum haec duo celum combinare non possit, sequitur caelum per se non esse causam bonae fortunae. Deo ergo nihil est fortunatum, quia ipse est rector et director fortunae. Denique cur hic sit felix, ille infelix, fuse docet *Genes.* XXX, 27.

Symmachus pro *via* vertit *regia*, id est orbi-

fam sive semitam caeruleam, quae symbolum est vitae, sive vivendi rationis plane et expedite, quam solus Deus uti novit, ita homini quae astat, suggerit. Sicut enim currus per orbem plane et expedite rotatur, sic per vivendi rationem sibi commodam et congruam quisque facile et expedite ad metam, puta ad felicitatem et gloriam aeternam Deo arigante decurrit. Hinc concludit neminem ab ea via, in qua a Deo vocatur inducitur, exorbitare debere; haec enim illi curulis, id est facilis et proclivis est ad destinatum finem. Haec, inquam, illi *regia*, id est currus via: quia per illam non tam incedit, quam velitor, quo nihil suavius, ac jucundius; relique vero *viae*, quas homo non ex Dei impulsu, sed ex proprio consilio inii, difficiles illi sunt, salebrosae, deerrantes, et ad precipitia ferentes, etc.

Hinc Gentiles deum faciebant colebantque Janum, tanquam viam indicem; et Mercurium, tanquam viam ducem; ac Domiduceum vocabant invocabantque deum, qui novam sponsum domum deduceret, quamvis et domiduca eadem de causa Juno nuncupabatur. Audi ex Varrone S. Augustinum, lib. VI *De Civit.* cap. IX: « Si domum, ait, ducenda est quae nubet, adhibetur Deus Domiduceus; ut in domo sit, adhibetur Deus Domitius. » Verius Christiani Deum verum invocant, ut gressuum actionumque sanctorum directorem; sicut enim se viam adoriri non posse, nisi Deo praesente, juxta illud: « Post Dominum ambulabunt, » *Osee* XI, 40. Unde S. Augustinus, lib. II *Contra duas epist. Pelagian.* cap. IX: « Hec, ait, est humane voluntatis natura, ut ad malum quidem eum prior sit, ad bonum vero eius prior sit voluntas Creatoris ejus. »

Exemplum illustre hujus sententiae fuit Littorius, qui, teste Prospero in *Chronico*, et Baronio anno 439, pro Theodosio Imperatore et Romanis pugnavit, confidens in suis Linnis, victus vincituscusque est a Theodorico rege Gothorum, qui spem ponens in Deo Arelatem obsedit et cepit. Unde Littorium tacito nomine haec Salomonis gnomae perstringens Salvianus, lib. VII *De Gubern.*: « Itaque, ait, agnovit hoc ille dux nostrae partis, qui eandem urbem hostium, quam eodem die victorem se intratum esse presumpsit, captivum intravit. Probavit scilicet quod Propheta dixit: Quia non est hominis via ejus, nec viri est, ut ambulet, et dirigat gressus suos. Nam quia viam suam juris sui existimavit, nec gressum dilectionis habuit, nec viam salutis invenit, effusa est, ut legitimus, abjectio super principem; seductus est in invio, et non in via, et ad nihilum deductus est, velut aqua decurrens. In quo quidem praeter ipsam rerum infelicitatem praesens iudicium Dei patuit, ut, quidquid futurum se usurparat, ipse patere. Nam quia sine divinitus auxilio, ac Dei ductu capiendum a se hostem credidit, ipse captus est; consilii ac sapientiae summam usurpavit, ignominiam temeritatis incurrit; vincula







in bello evaderet, se primum quod e domo occurreret Deo sacrificaturum; occurrit autem primo ei filia, unde eam Deo sacrificavit cum dolore et perititudine. Item Ananiam et Saphiram, qui facultates suas Deo cum vovissent, inde partem surripuerunt, unde morte a S. Petro paucis sunt. *Actor.* cap. v. Accedit Chaldaeus: *Laqueus est, ait, viro qui vovit sanctitatem* (vel, ut alii vertunt, *sanctuario*), et postea tangit eum anima ipsius, puta anime dolor et penitudo; Syrus: *Laqueus est viro qui vovit sanctitatem, et postea voti poenitet.*

*Secundo*, id ipsum arguit, connexio prioris hemistichii cum posteriori; posterius enim explicat prius, quasi dicat: *Ruina*, Hebraice, *laqueus est homini devorante Sanctos*, id est, precipitanter et temere instar devorantis vorare quid Sanctis, et post vota retractare; hoc est, paulo post vota, quae precipitanter Sanctis vovisti, revocare; hoc enim proprie est retractare. Unde Hebraice est, et post vota converti ad querendum effugium, scilicet vestigando modos et rationes, quibus te a voto, cuius te poenitet, liberet. Est metaphorice sumpta a famelico, qui devorat cibos, id est non masticatos, nec dentibus comminutos, sed integros transulit et transmittit in stomachum. Hic enim in stomachum onerat et gravat, qui proinde cogitur eos retractare, id est minutim ruminare et concoquere quod potest, quod non potest rejicere et vomere. Simili modo, qui praecipit temere quid vovet, post votum nuncupa cum sentiens voti exsequendi difficultatem vel impossibilitatem, illud retractat, cogita que qua ratione illud redimere, imminuere, mutare vel annullare possit. Votum ergo temerarium vovetur est laqueus; quia sicut laqueus capit, stringit et strangulat aves illeaqueas: ita votum hoc capit, stringit et strangulat conscientiam, dum eam cruciat, angustat, lacerat, ac subinde suffocat et enecat, cum scilicet voti poenitens illud violat et transgreditur. Igitur talis bis devotus Sancta et Sanctos: primo, cum praecipit, et praecipitanter nuncupat eos sanctum votum; secundo, cum votum jam emissum rursus devorat, id est violat, perdit, committit. Idem est ergo: *Laqueus est homini devorante Sanctos et Sancta*; quod: *Laqueus est homini post vota retractare*, id est votum emissum revocare et violare.

*Tertio*, haec expositio ceteras omnes complectitur, omnesque in se unit; qui enim devorat Sanctos, id est temere devorat Sanctis; hic denotat, id est denigrat et dehonestat Sanctos; hic frustra devocat Sanctos in sum auxilium; hic etiam devorat, id est spoliat Sanctos re illis ex voto debita; *nam devorat Sancta*, ut legunt nonnulli, id est res sanctas, quas Sanctis vovit. Sive enim legat devorare Sanctos, sive Sancta, eodem res reddat; sancta enim devorantur, cum sancta eis voto debita devorantur; sicut dicitur a tyrannis de-

vorari pauperes, cum per rapinas bona pauperum devorantur.

*Quarto*, quia se explicat Salomon, *Eccle. v. 1*, dicens: *« Ne temere quid loquaris (Hebraice, ne praecipites ore tuo), neque cor tuum sit velle (Hebraice, ne festinet) ad profendum sermonem (votum) coram Deo; »* quod explicat dum subdit: *« Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis et stulta promissio, etc., multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere. »* Quid clarior?

26. DISSIPAT (Chaldaeus, *dispergit*) IMPIOS REX SAPIENS, ET INCURVAT SUPER EOS FORNICEM. — Prior pars consentit cum vers. 8: *« Rex, qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum in itinere suo. »* Vide ibi dicta. Nota *→ dissipat*; docet enim modum quo ceteris, consilia et vires impiorum sint infringenda, nimirum eos dissipando et segregando; sic enim consilia et vires in unum conferre nequeunt, ac singuli, dum separati sunt, facile opprimuntur. Hic ergo verum est illud: *« Si vis regnare, divide, »* id est disjunge et separa; separatione enim tollitur consensus et robur impie multitudinis. Prior ergo pars est clara; et posterior obscura. Queritur enim quid sit *« incurvare fornicem (1) »*?

Primo, Hebraei habent: *Reverti facit, vel re-ducit super eos rotam*; et Septuaginta: *Immittet illis rotam*, id est rotam; Chaldaeus, *vobis eos super rotam*; Syrus, *reducit super eos currum*. Alludere enim videtur ad factum Davidis, qui impios Ammonitas a se devictos serravit, et circumegit super eos ferrata carpenta, *II Regum*, xii, 31. Est metaphorice mutata a trituratione, que in Syria, Italia aliisque locis rotis et equis fieri solet; haec enim supplicii et punitionis est symbolum, juxta illud *Isaie* xxviii, 27, *piorum supplicia describentis per metaphoram triturationis*: *« Non enim, ait, in serris triturabitur gith, nec rota plaustrum super cyminum circuibit. »* Et mox: *« Non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustrum, nec unguis suis comminet eum. »*

Igitur *fornicem*, hic accipias non domus, sed rote, puta canthum, sive extimam superficiem et curvaturam rote: sicut enim fornicem in domo est arcus concameratus, sic fornicem in rota est rota curvatura et canthus, rota enim arcuata dici potest fornicata per catachresin. Quod enim est rotunditas in rota, hoc est fornicem rotundus in domo; quare sicut domus ob fornicem rotunda, sic rota ob rotunditatem fornicata videtur. Hic ergo sensus valde appositus et genitius videtur, cumque exigit vox *rota*, que est in Hebraeo, Graeco, Chaldaeo et Syro. Sensus est, q. d. Rex sapiens acerbis

(1) Maurer, *ventilat*, *secerat* *improbos rex sapiens*, et dicit super eos rotam, puta tribunal, ut paleae instar eos excutiat. Inest *ὀστρακὸν ἄπρινον*.

tormentis, quale est rota, dissipat et exterminat impios. Ita R. Salomon, R. Levi, Aben-Ezra, Vatablus, Pagninus, Baynus, Jansenius et alii.

Rursus rota, sive fornicem rote, accipi potest pro genere quaestionis, sive torturae et supplicii apud Romanos usitati, quod *rota*, id est rota, dicebatur. Unde Cicero, *Tuscul.* v, ait, *« in rotam beatam vitam non ascendere. »* Torquebant enim reos rota ad efficiendam veritatem, uti nunc torque et examine, dicebatur. Erat ergo rota instrumentum ligneum in modum rote, in quo servorum reorumque corpora distenta et circumacta examinabantur; quale est quod Galli vulgo vocant *pilori*: quare rota diversa est ab equileo. Reos enim alligabant rote, pedes, manus ac totum corpus incurvando et rote applicando; sicque rotam gyrando eos rotabant, idque subinde supra vel juxta ignem, itaque eos assabant. Unde Tertullianus in *Apolog.*, agens de martyriis et Martyribus: *« Licet, ait, nunc sarmentitios et seminais appellatis, quia ad stipitem dimidiis axis revincti sarmentorum ambitu exurimur. »* Et Josephus, lib. *De Machabeis*, cap. ix et seq., docet eos ab Antiocho tortos tormento rote, ac primi inter septem fratres supplicium vocat rotam: *« Illigari, ait, et innecti rota jubetur tendentibus corpus radiis. »* Et in tertio: *« Cum jam cruoris nimie defluentis vacillate defectus, orbatus manibus et pedibus proximam sibi adesse mortem cerneret. »* Et in quarto: *« Partes et frusta corporis horrendissimo pendere aspectu. »* Audi et Gentiles, Seneca in *Hercul. Furente*:

Rapitur voluceri tortus Ixion rota.

Alius:

Volvitur Ixion, et se sequiturque fugitque.

Tibullus, lib. I, *Eleg.* 3:

Versantur celeri noxia membra rota.

Celerime enim reos rotabant rotam gyrando, nunc in unam partem, nunc conversim in aliam motu motu; quod fiebat ut in hac rotatione effunderent viscera, et membra omnia distorquerent et divellerent. Unde Euripides in *Phaenias*: *« Membra alia, inquit, ab aliis disticabantur, tanquam si mitterentur e funda. »* Et Josephus, de Machabeo: *« Solutis hinc inde visceribus, venisque distentis. »* Appendebant insuper pedibus rei rote alligati saxum, quo corpus mole illa magis premeretur. Addebant etiam vel subiecta ignes. Audi Josephum: *« Preparatur incendium, et, ut erat affixus rota, igni in catasta obijcti, atque illa tendentibus corpus radiis, et contrahentibus flammis, costis deinde patentibus laterum et alia rumpuntur. »* Tertio, reum in rota manibus, pedibus loquere corpore distentum flagellabant. Unde Aristophanes in *Trene*: *« In rota*

trahatur flagellandus. » Quarto, reum membris amputatis multabant. Audi Josephum: *« Inter perorandum ut brutum animal excoarctur, lingua extrahitur, sartaginis ipse injicitur. »* Quod etiamnum reos atrocium criminum faciunt Germani in rota membra contundendo, praesertim pro ossifragium, vel etiam ressecando; alioquin rota Germanorum a rota veterum plenas diversa est. Denique Virgilius, *IV Aeneid.*, omnes damnatorum apud inferos describens sic canit:

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum  
Districti pendunt.

Ubi vide nostrum Ludovicum de la Cerda, et Plutarchum in *Nicias*, Ammianum Marcellinum, lib. XXI, et Nicephorum, lib. VII, xxiv. Unde Auctor *Caveae Graecor.*: *« Rotam, ait, super impios inducet. Per rotam autem inevitabile supplicium, quod in peccatores apud inferos constitutum est, denotat. »* Quocirca et rotas apud inferos, in hisque damnatos torqueri, viderunt qui in exstasi eo capti leguntur. Hisce enim torquet eos Christus rex sapientissimus, ait Beda.

Hinc et S. Augustinus in *Psal. xi*, sub finem, ex Septuaginta hanc Salomonis gnomen sic legit, applicatque impiis circumstantibus: *« In circuitu impii ambulanti, id est, ait, in temporalium rerum cupiditate, quae septem dierum repetito circuitu tanquam rota volvit, et ideo non perveniunt in octavam, id est in aeternum, pro quo iste Psalmus titulus est. Ita et per Salomonem dicitur: Ventilator enim impiorum est rex sapiens, et immitit illis rotam malorum. »* Hoc ergo tormento rote accerimo rex sapiens impios puniens, eos dissipat ac profligat.

Possit quoque *rota*, id est *rota*, accipi *τροχλία*, id est *trochlea*, quod supplicii genus in martyriis erat frequens, ut docet Baronius in *Martyrol.*, ad diem 7 decembris. Ibi enim celebratur martyrium *« S. Servi martyris, qui sub Humerico rege Ariano fustibus caesus, trochleis sublimi elevatus, atque ictu celeri super silices pondere corporis dimissus, et lapidibus acutissimis perfricatus; martyrii palmam adeptus est. »* Trochlea enim proprie rota est rotam continens volubilem, per quam funis tractorius immisus, ligatum brachiis revinctum reum sursum trahit, vel remissum deorsum relaxat. Hoc ergo tormentum dictum fuit elevato ad trochleas, ac Romae et in Italia etiamnum est frequens, et vulgo *la corda* dicitur. De hoc recte dicitur: *« Incurvat super eos rotam, »* vel fornicem rotatilen; haec enim poena et similis rex sapiens impios percellit, fugat et dissipat. Ex rota enim, velut specie praecipua et notissima, omne supplicii genus, quo impii a rebus plectuntur, intelligit per synecdochen. Hic sensus valde appositus planeque germanus videtur, tangitque maxime impios judices, praesides, magistratus, gubernatores, quos rex plectit tormento rote, quo ipsi alios innocentes injusti